33.   **223** Plato: philosophus S; *om.* M   **224** dixit (dicit HB; dicitur M) solum esse: s.d.e. CEAD; d.e.s. T   **230** dirigentem: -ntes V; *def.* C   **231** pars est: p. incipit CT; p. S; *om.* HBD; *def.* M, A   **235** ordinem et: ad *add.* CE   **236** numerum: *def.* HB   **239** enim: autem CD; *def.* V   aliquo: alio E; *def.* V   **245** primo: loco *add.* MA   **246** hac tota arte: t.a. C; h.a.t. VM; h.a. TD   **247** est magis: m. E; m.e. A; maius est S   **249** primo debet (debeat C) poni: d.po. C; pr.po.d. E; d.pr.po. BAD   quod: quia VHBES   **250** vero numerus: quidem (qualis E) CE; autem HB; *om.* VM; in eo quod digitus *add.* S; etc. *add.* T   dat: hic dat EA; hic ponit C

vocatur ibi articulus aliquis de principalibus. - **Omnis quidem numerus** (*21*): dat tertiam regulam sumptam per respectum ad ordinem figurarum inter se, et patet. Dicit autem *ut centenarius*

255 *excludatur,* quia ipse scribitur tribus figuris, sic 100; dicit etiam *ut millenarius excludatur*: ipse enim quattuor figuris scribitur, sic 1000. - **Notandum etiam quod quaelibet figura** (*22*): postquam auctor iam dedit tres regulas rectificantes nos in scribendo quemlibet numerum, dat consequenter unam regulam rectificantem nos in

260 legendo et pronuntiando quemlibet numerum scriptum; et vult dicere quod *quaelibet figura primo loco,* scilicet versus dextram, *posita* repraesentat *suum digitum,* id est illud ad quod significandum fuit primo imposita, et in *secundo* loco *decies* tantum etc. Et comprehendit totum hunc processum sub una regula tali: *quaelibet figura sequenti*

265 *loco posita decies tantum significat quantum in loco praecedenti.* Verbi gratia, 9999: ille novenarius, qui est primus versus dextram, tantum significat quantum fuit impositus ad significandum, scilicet novem unitates; secundus autem novenarius significat decies tantum, scilicet decies novem, quod est nonaginta; et tertius, decies nonaginta,

270 quod valet nongenta; et quartus, decies nongenta, quod valet novem milia.

Et sciendum quod supra (*23*): subdit duo notabilia; secundum (*24*) ibi *Sinistrorsum autem.* - Et est primum (*23*) quasi cautela quaedam, qua instruimur ad faciliter computandum sive pronuntian-

275 dum omnem numerum scriptum, et est quod, si proponatur nobis aliquis magnus numerus, computandae sunt figurae per millenarios, id est per quattuor, et *supra quamlibet figuram loco millenarii positam,* id est supra quamlibet in quarto loco positam, *competenter potest poni quidam punctus ad denotandum quod tot millenarios debet ultima figura*

---

254 ordinem: numerum MSA, *Cu*   **257** auctor iam dedit: a.d. VMS; iam d.a. C; d.a. HB; a. posuit T; *def.* A   **259** consequenter: convenienter S; ex consequenti T; *om.* E; *def.* A   **262** repraesentat (-ntet T): significat V; *om.* C   illud: id V; aliquid C   fuit primo: p.f. VSTA; f. C   **264** hunc: *om.* E; *def.* C   **268** novenarius (9^{us} V): novem S; 9 C; *om.* A   decies tantum: t.d. CE; *om.* A; *def.* T   **269** novem: ES; 9 VC   **270** quartus: novenarius (9 C) *add.* VC   decies: *om.* C   **271** milia: et sic de omnibus aliis digitis est intellegendum et usque in (*om.* A) infinitum procedendo *add.* STA   **272** secundum: subdit *add.* CE   **275** pro-(prae- CHBES; *om.* A) ponatur: -nitur VST   **277** supra: super CESTA   **278** supra: super E; *def.* C, A   competenter potest poni: ponatur VCHBMD   **280** supra: super VCTA

280 *repraesentare,* id est, totiens debet millenarius supra ultimam replicari,
quot fuerint puncta pertransita, id est, quot fuerint puncta supraposita.
Verbi gratia, sit numerus propositus iste 9876543210. Computa igitur
figuras incipiendo a dextris, et erit ternarius in quarto loco, supra
quem ponas punctum. Item idem ternarius respectu subsequentium
285 est in primo loco, et senarius in quarto loco erit; supra ipsum igitur
ponas punctum. Item idem senarius respectu subsequentium est in
primo loco et novenarius in quarto loco; ponas igitur etiam unum
punctum supra ipsum; et stabunt figurae isto modo 9̇876543̇210.
Supra novenarium igitur ter replicabitur millenarius, sic novies
290 millesies mille milia, et supra octonarium bis, sic octingentesies mille
milia, septuagesies mille milia, etc. Pronunties autem ipsum totum
sic: novies millesies mille milia, octingentesies septuagesies sexies
mille milia, quingentesies quadragesies tria milia et ducenta decem. –
Sinistrorsum autem (*24*): ponit aliud notabile, per quod removet
295 dubium, quia dixit superius (*21*) quod articulus scribitur per *cifram
primo loco positam* et per digitum illius articuli positum *versus sinistram,*
ubi innuitur quod locus primus est versus dextram; dubitaret igitur
aliquis quare ita scribimus in hac arte, cum tamen in aliis artibus
incipimus semper scribere a sinistra eundo versus dextram, ita quod,
300 quanto aliquid est sinisterius, tanto est prius, hic autem est e

281 fuerint: fuerunt VMSA; sunt D; *om.* HB   id est quot fuerint (fuerunt VS) puncta:
i.e. ETA; f.p. HB; *om.* M   supraposita: superp. CTA; supp. E   **282** sit (si CE; *om.*
A) numerus pro-(p()- S; *om.* CEA)positus iste (ille ED): s.n.i.p. CB; s.n.i. M; s.i.n.p.
primo E; s.i.n.p. D; i.s.n.p. T   **284** subsequentium: sequ. CS   **285** senarius:
novenarius E; *def.* C   in₂: *om.* VHMSTA; *def.* C   igitur: sex *add.* S; *alia* A; *def.* C
286 subsequentium: sequ. S; *def.* C   **287** in quarto loco: in quarto CHBST; l.q.
M   **288** 9̇876543̇210: 9̇876543̇210 V; *sine punctis* CMTD; *om.* A   **289**
novenarium: ES; 9 VC   ter replicabitur (-atur CHBD): cum r. C; etc. r. VHBM;
r. ESTD; triplicabitur A; ter *post* millenarius *Cu*   novies: nongentesies ESTA
290 octonarium: ES; 8ᵐ V; 8 C   **291** septuagesies m.m.: septingentesies (-gesies
ET) m.m. EST; *om.* VHBM; *def.* C, A   pronunties: pronuntiantes EST; *def.* C, A
ipsum totum sic: s.t.i. E; s.i.t. ST; i.t. HB; *def.* C, A   **292** novies: nongentesies
EST; *def.* C, A   **294** ponit: *om.* VCHB   aliud: secundum ET; quoddam S
295 dubium: est *add.* CHB   dixit: dixerat MESA; dicit HB   **296** illius: *om.*
CHBM; *def.* V   **297** innuitur: innuit HB; invenitur C; *alia* T; *def.* A   quod
locus primus est: l. p. esse EM; l. p. est VS; *alia* T; *def.* A   igitur: forte E; ig.
forte ST; ergo M; *om.* A   **298** ita: ista C; sic VHB   **299** incipimus: -iamus
CHBA

converso. Removendo igitur hoc dubium (24) facit duo, secundum
quod dat duas rationes. Et dicit auctor quod nos *in hac arte scribimus
sinistrorsum*, id est versus sinistram, incipiendo a dextra; hoc autem
facimus *more Arabum, qui hanc scientiam invenerunt*: prima ergo ratio
305 quare in hac arte sic scribendum sit, haec est, quia Arabes, apud quos
haec scientia inventa est, hoc modo scribunt, sicut etiam faciunt He-
braici |: vidi enim Iudaeum sic scribere]. Et tunc dat aliam rationem
ad idem, et dicit quod hoc modo scribimus in hac arte, vel propter id
quod iam dictum est, vel etiam hac ratione ut semper, pronuntiando
310 aliquem numerum, maiorem numerum praeponamus minori secun-
dum ordinem et modum consuetum in loquendo.

Ad intellectum igitur huius partis notandum quod nos Latini
consueti sumus in loquendo seu pronuntiando aliquem numerum
semper praemittere maiorem numerum minori, ut dicendo 24 vel 25
315 praeponimus 20 ad 4 vel ad 5, et similiter dicendo centum decem vel
centum triginta praemittimus centum ante decem vel triginta. – Item
secundo suppono quod, quanto aliqua figura est sinisterior, tanto est
posterior. – Item per praehabita sciendum quod, quanto aliqua
figura fuerit posterior, tanto maiorem numerum repraesentat. – Cum
320 igitur omnis numerus, quanto fuerit posterior, tanto est maior, per
ultimum, et nos pronuntiando a maiori incipimus, per primum, in
pronuntiando igitur incipiemus a posteriori. Ulterius, in pronun-
tiando incipiemus a posteriori, sicut probatum est; sed quanto aliqua
figura est posterior, tanto est sinisterior, per secundum suppositum;

---

302 dat duas rationes: dat du. r. huius C; du. r. huius dat E; dat du. causas
A   et dicit auctor (*om.* D) quod (si *add.* C): et quod VHBT; et quia S; quare A
303 autem (ac C): ideo *add.* ES   **304** qui: quia hii EST   ergo: autem ESTA
305 scribendum sit: s. est VHBMS; scribamus A; scribimus D; *alia* C   haec est:
est CSD; sit ista A; *om.* VHB   **307** vidi--scribere: iudaei enim iudaeum sic
scribere docent HB; vidi autem ita arabes scribere et iudaeos D; *om.* CESTA
312 igitur: autem STA; *om. et* autem *ins.* E   notandum: n. est CM; est n. ST
313 seu: sive CM; se V; vel AD   **314** 24,25: 24,45 HB; 21,22 (xxi,xxii E) EA;
31,32 S; 21 T   **315** 20 (xx E): 30 S ad_1: ante AM   4,5: unum, duo ESA;
unum T   vel ad: vel 40 ad B; vel HM; et ante A; *def.* T   **316** $triginta_1$: EC;
30 V; 20 S   decem: CS; x E; 10 V $triginta_2$: C; xxx E; 30 V; 20 S   **318**
sciendum quod: quod A; *om.* VCHBM   **321** a maiori incipimus: i. a m. V; a
m. C   **322-3** ulterius--posteriori: *om.* ETAD, *Cu*   **323** a posteriori: *om.* V; *def.*
ETAD   **324** tanto est (*om.* D; *om. et ins.* E) sinisterior (posterior M): *om.* VHBST;
tanto minorem numerum repraesentat A   secundum suppositum: secundo sup.

325 ergo pronuntiando incipiemus a sinisteriori. Sic igitur incipiendo
consuetum ordinem servabimus in legendo, quia, praemittendo id
quod sinisterius est, praemittimus numerum maiorem, sicut consueti
sumus facere in pronuntiando aliquos numeros.

Ulterius nota hic diligenter quod Latini et universaliter omnes
330 communicantes linguae Latinae, sicut sunt Lumbardi et Gallici, et
similiter Graeci, semper praeponunt maiorem numerum minori,
cum pronuntiare debent aliquos numeros compositos ex digito et
articulo vel ex duobus articulis differentibus: dicit enim Latinus vi-
ginti duo vel centum viginti, praemittendo viginti ante duo et centum
335 ante viginti, et similiter Lumbardus, Gallicus et Graecus. – Sed haec
regula fallit in sex numeris primis compositis: dicimus enim et nos
Latini et Gallici et Graeci undecim, duodecim, tredecim, quattuor-
decim, quindecim, sedecim, semper praeponendo digitum, cum
tamen minor sit. Sed quare in his numeris sic oporteat minorem
340 maiori praeponere, et quare in tot et non in pluribus, causa est
rationabilis: et primo, quare in his numeris hoc oporteat fieri, causa
est quia, sicut dictum est, haec ars computandi inventa est apud
Arabes, qui in pronuntiando semper in omnibus numeris minorem
numerum praeponunt maiori, et universaliter omnes barbari, scilicet
345 Teutonici sive Alemanni, Anglici et omnes his in linguagio communi-
cantes. Quia igitur Arabes in pronuntiando minorem numerum
praeponunt maiori, ideo, cum ars numerandi primo ab eis sit nobis

VHBMS; secundum sumptum A; secundam suppositionem C, *Cu*; tanto maiorem
numerum significat (signa T) *add.* ET   **325** ergo: in *add.* A, M*p.c.*   **328** in: *om.*
ESTA   **329** nota hic (hoc HB; *om.* M) diligenter: VCHBMD; notandum ESTA
universaliter: *om.* VCHBMTD   **332** debent: dicunt V; habeant C; *alia* D   **333**
viginti duo: VC; xxii E; 22 S   **334** viginti$_2$: VC; xx E; 20 S   centum$_2$: EC;
100 VS   **335** viginti: VC; xx E; 20 S   haec regula: r.h. D; secunda r. ET;
tamen h.r. A; tamen hoc C   **336** dicimus: dicemus V; d(ice)ns C   **337** et
Gallici et Graeci: V; ga. lombardi et gr. M; et ga. etc. CHB; et alii concordes nobis
D; *om.* EST; *def.* A   undecim, duod., tred.: C; 11,12,13 VS; xi,xii,xiii
E   quattuordecim, quind., sed.: 14,15,16 VCS; xiiii,xv,xvi E; *varie cett.*
338 digitum (-tos D): articulo *add.* CMAD   **339** tamen: *om.* VCHB   **341**
causa est: haec c.e. A; *om.* VCHBMD   **343** in omnibus numeris: in o. CHBM;
om. V; *alia* D   **344** numerum: *om.* ESTA   scilicet: seu E; *def.* C; *alia* M
345 Teutonici sive: t. A: *om.* VHBD; *def.* C; *alia* M   his in linguagio (D; -ggio
Cu; lingwagio S; lygaio T): quae hiis lingwario M; hiis in lingua E; hiis in lingua vel
ydiomate A; in hoc ideomate V; *def.* C, HB   **346** igitur: *om.* E; *def.* C   **347**

tradita, in primis numeris eos sequimur, in quibus scilicet numeris maius et minus attenditur, sicut sunt numeri compositi primi. Sed
350 quare in sex tantum? Dico quod hoc est quia haec ars numerandi perfectionem primo sortita est ab Arabibus: ideo eos sequimur in numero primo perfecto, scilicet in senario. Si igitur, ut credo, quae dicta sunt veritatem habent, non bene pronuntiant qui dicunt decem et sex, vel qui dicunt septem decem, octo decem, sicut quosdam
355 audivi loqui; et hoc nota diligenter.

Additio est etc. (*25*): in hac secunda specie, quae est additio, facit auctor duo: primo enim declarat intentionem suam, et secundo (*37*) dat quoddam notabile hic et in omnibus aliis speciebus huius artis sequentibus observandum; secunda ibi *Notandum etiam*. Circa primum
360 (*25*) duo facit: primo enim definit auctor additionem, et secundo (*28*) docet qualiter in ea est operandum, ibi *Si velis igitur numerum*. Adhuc prima (*25*) in duas: primo facit quod dictum est, secundo (*26*) tangit, quae et qualiter se habentia ad additionem exiguntur, ibi *In additione*. – Primo igitur (*25*) definit additionem, et cum hoc exprimit finem et
365 utilitatem cui additio deservit. Dicit igitur quod *additio est aggregatio etc.* – haec est sua definitio seu descriptio – *ut videatur summa etc.*: per hoc tangit finem et utilitatem cui deservit. Si igitur aliquis habeat in aliquo loco 158 libras et in quodam alio loco 98 libras, et tunc scire

praeponunt: proponunt V; *def.* C   sit: fuit C; est VHBMD; *om.* S   **350** sex (VC; 6 ES; *varie cett.*): et in sex (6 S; 7 HB) *add.* CHBS   haec ars: ars S; ars s(ecundum) ET
352 perfecto: -ctio E; facto C   **353** dicta: praedicta ETA   decem et (vel E) sex: VE; x et vi C; 6 et 10 S   **354** septem decem (-cim C): CE; 7 decem V; 7·01·(!) S   octo decem: VE; 8·10· S: *def.* C   quosdam audivi loqui et hoc (haec B) nota diligenter: quidam solent dicere (q.d.s. A) ESTA   **357** declarat: ECM; exsequitur B, H*p.c.*; determinat *cett.*   **358** speciebus h. a. sequentibus (consequ. C): sp. sequ. (subsequ. T) ET; sp. sequ. h.a. S; sequ. sp. h.a. A; sp. h.a. M
359 secunda: *om.* VC   etiam: etc. *add.* VMST; *def.* A   **361** numerum: numerum etc. C; etc. S; *om.* EA   **362** prima (*om.* T) in duas (d() ETA; quia *add.* S): «duo» facit H; facit duo BM; *om.* VC   **363** ibi: secunda ibi EST   additione: duo (duos T) ordines *add.* ESTA   **368** in quodam: q. VCS   et tunc:

velit quantum illud est in universo, haec est utilitas additionis, et hoc
370 fit aggregando unum numerum ad alterum vel unam summam ad
alteram. – **In additione** *(26)*: tangit, quae et qualiter se habentia ad
additionem exiguntur. Et hoc innuebatur in descriptione additionis,
quia, cum dixit *(25)* quod *additio est aggregatio numeri ad numerum,*
innuebat quod exigitur unus numerus addendus et alius cui debet
375 addi; et ideo facit hic *(26)* duo: primo enim dicit quod *duo ordines*
figurarum, id est duo numeri, sunt in additione necessarii, scilicet numerus, cui
debet fieri additio, et numerus addendus, et in hoc tangit quae ad
additionem exiguntur; et secundo *(27)*, cum dicit **Numerus cui**
debet fieri additio, tangit, qualiter se habentia ad additionem
380 exiguntur, quia docet ibi, qualiter isti numeri ordinari debent; et
patet sententia in littera.

Si velis igitur *(28)*: docet qualiter in hac specie est operandum; et
primo disponit figuras, et secundo *(29)* ipsis dispositis exsequitur de
intento, cum dicit *Hoc autem facto.* – Dicit ergo *(28)*: *Si velis addere*
385 *numerum numero,* scilicet ut videatur summa totius, tunc *scribe numerum,*
cui debet fieri additio, in superiori ordine, id est superius, *per suas differentias,*
id est figuras, *etc., ita quod prima inferioris ordinis sit sub prima superioris*
ordinis etc. Esto igitur quod tu velis scire summam quae provenit ex
additione 98 ad 158; tunc ordinabis hoc modo figuras $\overset{158}{98}$. Sicut enim
390 dictum est superius, quanto aliqua figura est dexterior, tanto est
prior, et ideo 8 in utroque ordine est figura prima, et 9 in inferiori
ordine est secunda, et 5 in superiori ordine est secunda.

---

tunc CM, H*a.c.*; sint V   **369** velit: voluerit HB; *om.* V; *def.* C, M   illud: istud
VHBMS   haec: *om.* VCHBM   hoc: haec EST   **370-1** ad alteram: alteri V;
ad aliam HBMSA   **371** additione: vero *add.* S; vero etc. *add.* V; etc. *add.*
HBM   habentia: sint quae *add.* A   **372** hoc innuebatur: h(aec) innuebantur
V; haec inveniebantur CT   **374** debet addi: a.d. HBSTA; additur C; d. fieri
additio V*a.c.*   **375** facit hic duo: h.d.f. E; d.f.h. C   **378** et secundo: et
secundum V; secunda ibi A; *def.* C   **379** debet fieri: f.d. ES; *def.* C; *alia*
A   additio: etc. V; a. etc. S; *def.* C, A   se habentia: haec s.h. HB; sint (sic hic
S) s.h. quae ES; se sint h. quae T; s.h. sint quae A; *def.* C   **382** in hac specie:
secundum hanc speciem VCHBM   **383** ipsis: istis ESA; illis T; ex hiis C; *def.* M
384 cum dicit: ibi cum dicit S; ibi ETAM   facto: etc. *add.* VSM   **386** id
est superius: id est sic $\overset{158}{98}$ V: *om.* HBMD   **387** id est: per suas *add.* EC   or-
dinis: *om.* VCM; *def.* A   **389** hoc modo figuras: f.h.m. CHBM; *alia*
V   **390** *cf. l.* 246-7   dexterior: deterior EM; exterior S   **394** quamlibet

Hoc autem facto (*29*): exsequitur de modo operandi, figuris dispositis. Et quia additio completur et perficitur addendo quamlibet
395 inferioris ordinis ad figuras superioris ordinis, ideo auctor duo facit:
primo enim (*29*) docet operari addendo primam inferioris ordinis ad
primam superioris ordinis, et secundo (*36*) innuit operationem
eandem et eundem modum operandi in aliis figuris, cum dicit *Hoc
facto secunda secundae.* Item, quia addendo numerum ad numerum
400 semper resultat numerus tertius diversus, ideo auctor circa primum
(*29*) duo facit: primo enim, addendo primam figuram numeri
inferioris ad primam numeri superioris, ostendit sive praemittit
quandam divisionem circa numerum excrescentem ex additione
primae ad primam; et secundo (*30*) docet, quomodo circa unum-
405 quodque membrorum dividentium sit agendum, cum dicit *Si digitus.*
– Dicit igitur primo: *Hoc facto,* id est, cum sic ordinaveris figuras,
*addatur prima figura inferioris ordinis primae figurae superioris ordinis. Ex tali
igitur additione aut excrescet digitus etc.* – **Si digitus** (*30*): exsequitur de
membris dividentibus, docens iuxta singulum operari, et facit tria
410 secundum tria membra datae divisionis: primo enim dat modum
operandi cum numerus excrescens fuerit digitus; et secundo (*31*), si
fuerit articulus; et tertio (*35*), si fuerit numerus compositus. Secunda
pars (*31*) statim post, cum dicit *Si articulus*; et tertia (*35*) ibi *Si excrescat
numerus compositus.* – Vult primo (*30*) dicere quod, si addendo primam
415 inferioris ordinis ad primam superioris proveniat digitus, tunc prima
superioris ordinis debet deleri, et loco eius ille digitus poni |qui
provenit ex tali additione|. Verbi gratia, si prima superioris ordinis
esset 4 et prima inferioris ordinis esset 3, tunc addendo 3 ad 4 excre-
scent 7, quae sunt quidam digitus, qui loco quaternarii debet poni

---

(qualibet S): quemlibet C; figuram q. E; q. figuram T; *def.* A   **395** figuras: -am
T; -am ⟨suprascriptam⟩ *Cu*; *def.* A   **398** figuris: *om.* VCHBM; *def.* A   hoc:
autem *add.* HBS; *def.* A   **399** facto: addatur *add.* HBM; *def.* A

401 numeri inferioris: i.n. VS   **402** numeri superioris: s.n. V; *def.*
C   ostendit sive: s. B; *om.* A; ordinis *Cu*   **405** membrorum: membrum EA;
def. V   cum dicit: ibi ETAM; secunda ibi S   **408** igitur: *om.* C; *om.* & *ins.*
E   excrescet: excrescit EM; crescit S; *om.* T   si digitus: etc. *add.* VC   **412**
fuerit numerus: fuerit CHB; *om.* VM   **413** pars: incipit ibi *add.* HB; *alia*
AM   cum dicit: incipit ibi EST; *alia* AM   excrescat: -cit E; fuerit A; *om.*
V   **415** superioris: ordinis *add.* ES   **416-7** qui--additione: ESTA; *om.*
cett.   **418** esset 3 (3ᵘˢ T; tres tria E): essent 3 C; *om.* S; *def.* AM   excrescent:

420 |, scilicet ipso quaternario deleto|. - **Si articulus** (*31*): docet, qualiter
sit operandum, si excrescat articulus. Et hic notandum quod, quia
locus primus non est locus articuli, sicut dictum est in capitulo
praecedenti {*20*}, ideo oportet articulum versus sinistram ponere in
loco secundo. In loco igitur secundo aut est figura aliqua aut nulla;
425 item, si aliqua, aut significativa aut non; item, si significativa, aut est
9 aut alia figura a novenario. Hanc divisionem innuit auctor, docens
iuxta quodlibet membrum eius operari, et facit quattuor: primo enim
(*31*) docet, quid generaliter sit faciendum, si in loco secundo fuerit
figura; et secundo (*32*), quid sit faciendum, si non sit ibi figura aliqua;
430 et tertio (*33*) in speciali docet, si in eodem loco secundo sit cifra, quid
tunc sit agendum; et quarto (*34*), quid faciendum sit, si in secundo
loco fuerit novenarius. Secunda pars (*32*) incipit ibi *Sin autem*; tertia
(*33*) ibi *Si autem contingat*; et quarta (*34*) ibi *Si sit figura 9*. - Vult igitur
dicere primo (*31*) quod, si ex additione primae ad primam proveniat
435 articulus, ut si superior fuerit 7 et inferior 3, vel superior 8 et inferior
2, et sic de aliis, tunc superiori deleta loco eius scribi debet cifra; et
digitus, a quo denominatur articulus excrescens, addi debet ad
figuram sequentem versus sinistram, si aliqua figura sequatur. Nota
hic quod articulus proveniens ex additione alicuius figurae cuius-
440 cumque ad aliquam aliam quamcumque semper est denarius, et ideo
digitus addendus ad figuram sequentem semper est unitas; si igitur in
loco secundo fuerit ternarius, iam erit quaternarius, et si fuerit
quaternarius, iam erit quinarius, etc. - **Sin autem** (*32*): docet, quid
faciendum sit de articulo proveniente ex additione primae ad

excrescerat(!) E; -scet V; -scunt T   **420** scilicet--deleto: EST; quaternario deleto
A; *om. cett.*   **421** hic: est *add.* ECM   **423** praecedenti: proximo CA; proximo
ante HBM; proximo praec. S; *def.* V   **425** non: significativa *add.* ESTA   si$_2$:
si est E; si sit M; *om.* S; *def.* A   **426** novenario: E; 9° V; 9 CS   **430** in speciali
docet: d.i.s. C; i.s. VHBM   **432** novenarius: E; 9^{us} S; 9 VC   sin: si
CHBMSA   **433** 9: novenarii MD; novenaria A; 9^{us} T; *om.* E   **434** primae:
figurae *add.* ESTA   **435** fuerit: fuit V; sit HB; *om. & ins.* E   vel: sive
ESTA   **436** deleta: -to S; *om.* V; *def.* A   et digitus: et sinistrari (debet *add.* T)
digitus STA   **437-8** addi--figuram: et si est aliqua figura sequens addendus est
(ille *add.* A) digitus ad illam STA   **438** si--sequatur (sequitur S): *omnes*   **442**
fuerit ternarius: V; fuerit 3 CS; fuerint 3 E   erit quaternarius: erit 4^{us} VS; erunt 4
EC; *varie cett.*   fuerit quaternarius: fuerit 4^{us} VS; fuerit C; fuerint 4 E; *varie
cett.*   **443** erit quinarius: erit 5^{us} VS; erit 5 E; erunt 5 C; *varie cett.*   sin:
si VHBSA   **444** primae: figurae *add.* ESTA   **445** secundo loco: l.s.

445 primam, si in secundo loco non sit figura aliqua; et continuetur sic: si
figura sit in loco secundo, addendus est sibi digitus articuli; *sin autem,*
id est, si nulla sequatur, *ponatur* ille digitus *in loco vacuo,* id est in
spatio vacante; et illud habet locum, quando in numero, cui debet
fieri additio, non est nisi una figura. – **Si autem contingat** (*33*):
450 docet, quid agendum sit, quando in secundo loco fuerit cifra, et
patet. – **Si sit figura novenarii** (*34*): docet, quid agendum sit, cum
in secundo loco fuerit 9, et patet; sed utaris hoc exemplo, quia esto
quod numerus sit iste 397, cui addere velis 3. Ex additione igitur 3 ad
7 proveniunt 10; unitatem igitur, a qua denominatur ille articulus,
455 addas ad figuram sequentem, scilicet ad 9. Quia igitur haec unitas
valet decem et ille novenarius valet nonaginta, provenient 100, quae
non capiuntur in loco secundo; et ideo debet 9 deleri et loco sui
poni cifra, et unitas addenda est ad figuram sequentem, et tunc
stabunt figurae sic 400. – **Si excrescat numerus compositus** (*35*):
460 docet operari, cum numerus excrescens fuerit compositus, et ex dictis
patet. Verbi gratia, sit numerus iste 349, cui addere oportet 7.
Addendo igitur 7 ad 9 resultant 16, quod est numerus compositus;
deleas igitur 9 et loco eius scribas 6, qui est altera pars illius numeri
compositi, scilicet digitus; et unitatem addas ad 4 pro illo digito
465 articuli, qui est altera pars illius numeri compositi; et facta additione
stabunt figurae sic 356. Et iam visi sunt omnes casus qui contingere
possunt in additione primae ad primam. – Et tunc, cum dicit **Hoc
facto** (*36*), innuit eundem modum operandi in additone secundae ad
secundam, et sic de aliis, quia nihil debet immutari; quia, si ex
470 additione secundae inferioris ordinis ad secundam superioris ordinis

CE   continuetur: continetur E; continues VM; contingat C; *alia* HB   **447**
ille: iste CME; ideo T   **449** una figura: f.u. ESTA   **450** agendum sit: s.a.
CET; a. est VM

451 novenarii: VC; no() E; 9 S   agendum sit: s.a. CET   **452** sed: si
CE   **453** numerus: n. ille CEST; ille n. A   sit iste: sit ille E; sit AT; *om.*
C   **454** 10: VC; x E; decem S   **456** decem: ES; x C; 10 V   valet
nonaginta (90 VMSA; 9^ta T): valent n. S; n. CTA; n.v. E   **457** loco secundo: s.l.
CE; l. suo s. S   9: 9^us MTA; novenarius HB   sui: suo MESA   **458** poni:
debet p. HBMSA; ponatur V   **461** sit: si EC; si sit S; sicut T; *def.* HB   iste:
ille VMA; *om.* C; *def.* HB   **462** resultant: -at E; -abunt A   quod: qui
BM   **463** 6: sex A   qui: quae E; quod A   **464-5** scilicet--compositi: *om.*
CA   **464** digito: *def.* CA; denario *cett.*; denario ⟨qui est digitus⟩ Cu   **465** qui:

provenit digitus, ponendus est loco superioris deletae; si articulus
resultat, tunc cifra ponenda est loco superioris deletae, et digitus
articuli addendus est ad figuram sequentem, si figura sequatur;
alioquin ponatur in spatio vacante, sicut supra satis dicebatur.

475   **Notandum etiam** (*37*): dat unum notabile sive documentum, in
hac specie et in omnibus aliis sequentibus observandum; et est quod
in hac specie *et in omnibus aliis sequentibus, quando una figura alteri directe*
supponitur, utendum est qualibet figura, ac si per se, id est in primo loco,
poneretur. – Verbi gratia, esto quod tu velis addere 98 ad 156. Posita
480   prima inferioris ordinis sub prima superioris ordinis, stabunt figurae
utriusque ordinis sic $\overset{156}{98}$. Sicut igitur, addendo primam ad primam,
scilicet 8 ad 6, sic dicis: octo ad sex, ita eodem modo, addendo
secundam ad secundam, debes dicere 9 ad 5, licet 9 valeat ibi 90 et 5
50. Et causa huius est, ne involvatur intellectus: si enim diceres 90 ad
485   50, iam involvereris de facili, nec scires quid esset quod facere
oporteret; item ex alia parte quia, utendo qualibet ac si per se
poneretur, id est in primo loco, idem proveniet quod proveniret, si
uterereris qualibet ut articulo.

Et ut invenias omnes casus circa hanc speciem emergentes, utaris
490   hoc exemplo. Sit numerus, cui velis addere alium, iste 98706, et
numerus addendus sit iste 12345; et locatis singulis sub singulis, sic
$\overset{98706}{12345}$, addas tunc primam ⌊inferioris ordinis versus dextram⌋ ad
primam ⌊superioris ordinis directe sibi suprapositam⌋, et resultat

quae E; *def.* CA   illius: *om.* V; *def.* CA   **471** provenit: -niat C; -niet VHB; *def.*
A   **474** dicebatur: fuit dictum HB; *def.* A; docebatur *Cu*   **475** documentum:
quod *add.* ESTA   **476** sequentibus: est *add.* ESTA; *om.* CM; *def.* HB   est:
illud tale *add.* ET; illud *add.* SA; *def.* HB   **477** omnibus aliis: a.o. E; o. V; *def.*
HB, A   alteri directe sup-(super- C; prae- A; supra- MSTD)ponitur: d.a.s. ET;
a.s.d. V; d.s.a. HB   **478** id est in: VET; ibi in S; id est *cett.*   **482** sic dicis:
sicut dicis E; sic dicit C; *def.* HBS, A   octo ad sex: V; 8 ad 6 EC; *def.* S   **483**
9 ad 5 (2 T; 5 *ex* 2 E): *omnes*   valeat: valet VC; veleant(!) A   **483-4** 90,50: VC;
90ª,50ª S; nonaginta, quinquaginta E   **484** diceres: diceret E; dices
C   **484-5** 90 ad 50 (190 S): *omnes*   **485** involvereris: -vens C; -veris HBM;
-veres S   quod: nec quod HB; quid ET; et quid SA   **487** id est: *om.* CHB; et
cett., Cu   proveniet: -niret CST; -nit M   **488** uterereris: uteris CE   **489** in-
venias: innuas VSTA   emergentes: contingentes HBM   **490** iste: ille VCA
492 12345 (*linea tabulae*): *om.* E; *om.* & *ins.* A (*v.i.*)   **492-3** addas--suprapositam:
addas primam ad (*om.* C) primam VCHBM; versus dex.--ordinis *om.* S   **492**
versus (ut A): 12345 (*ex tabula*) *add.* EA; *def.* S, VCHBM   **493** suprapositam: -ta

numerus compositus, scilicet 11; deleas igitur 6, et loco eius ponatur
495   unitas, quae est digitus illius compositi; et unitatem, quae est digitus
articuli, ponas loco cifrae; et stabunt figurae post additionem primae
ad primam isto modo $\frac{98711}{12340}$. Quo facto addas secundam ad secundam,
scilicet 4 ad 1, et resultat digitus, scilicet 5, qui ponatur loco unitatis,
et stabunt figurae sicut hic sunt $\frac{98751}{12300}$. [Addita autem secunda ad
500   secundam, loco figurae additae, sive quae est addenda, poni debet
cifra, ne figurae sequentes minus significent; et hoc intellegas de
omnibus aliis sequentibus figuris.] Deinde addas tertiam ad tertiam,
scilicet 3 ad 7, et excrescet articulus, scilicet denarius; loco igitur 7
deleti ponatur cifra, et unitas, quae est digitus articuli, addatur ad
505   figuram sequentem, scilicet ad 8, et stabunt figurae hoc modo $\frac{99051}{12000}$.
Hoc facto addas quartam ad quartam, scilicet 2 ad 9, et excrescent
11; unitatem igitur ponas loco 9, et unitatem, quae est digitus articuli,
addas ad 9 sequentem, et erunt 10; dele igitur 9 et loco eius ponas
cifram, et unitatem, quae est digitus articuli, ponas in spatio vacante
510   ad sinistram, hoc modo $\frac{101051}{10000}$. Deinde addas ultimam figuram ad sibi
suprapositam, scilicet unitatem ad 0, et erit 1; ergo unitatem ponas
loco cifrae. Et stabunt sic omnes figurae numeri aggregati ex
additione numeri addendi ad alium: 111051, qui continet in se
utrosque numeros primo propositos.

515   Quod si scire velis utrum bene addidisti, tunc haec diligenter notes:
accipe numeros primo propositos, scilicet 98706 et similiter 12345, et
utendo qualibet figura ac si per se poneretur, ⟨colligas omnes simul,⟩
abiciendo semper 9. Verbi gratia, numerus addendus erat talis 12345.
Colligas omnes figuras simul, et erunt 15; abicias ergo 9, et remanent

E; *def.* VCHBM   **499** sicut hic sunt: sicut hic (*om.* V) factum est VHBMA; sic S;
alia T   **499-502** addita--figuris: ESTA; *om. cett.*; *secutus sum* ES   **500** adden-
da: E; addita STA
    503 3: VC; tria E; 3ᵃ S   **504** addatur: addetur C; *om.* E   **506** excrescent:
-scet VCE; -scunt T; erunt A   **508** 10: 19 C; 14 E   ponas: pone VC   **509**
cifram: 0 VCMT   **510** figuram ad: a.f. C; f. VHBE; ad ST   **511** unitatem₁:
VS; 1 *cett.*   0: VCS; cifram E   1: unum EC   unitatem₂ (-te V) VC: unum E; 1
S   **515** haec: hanc CEHBM; hic SA; hoc T   notes: regulam *add.* B, H (*ins.*),
M (*ante* diligenter)   **516** propositos: positos CET; praepositos A   simili-
ter: istum (superiorum T) ordinem (*om.* SA) *add.* ESTA; *def.* C   **518** abiciendo
(obi- E; *ins.* M): et abicias A; abice Cu   **519** simul et erunt 15: V; simul C; simul
15 ES; similiter «et sunt» 15 H; simul et sunt (habebis M) 15 BM; sic 12345 in

520   6, quae reserves in tabula. Deinde assumas numerum cui addidisti, scilicet 98706, et similiter utendo qualibet ac si per se poneretur, colligas omnes simul, et abiecto semper 9 residuum serves, et est 3 in residuo, quae addas ad 6 prius reservata; et erunt 9 in universo, quibus etiam abiectis, quia 9 sunt, nihil remanebit; et dicas tunc
525   quod proba huius additionis est cifra: est enim proba in qualibet specie residuum numeri, abiecto quotiens potest 9. Hoc facto recolligas omnes figuras numeri aggregati, et abiectis semper 9 serva residuum; et invenies nihil residuum, scilicet de hoc numero 111051, quia praecise valent 9: abiectis igitur his cum nihil remanet, dices
530   quod proba numeri aggregati est 0. Et ideo, quia etiam erat proba prima 0, bene addidisti. Est igitur regula quod, si proba numeri aggregati est aequalis probae aggregantium, bene addidisti; et tenet in virtute huius principii: ab aequalibus demptis aequalibus, quae relinquuntur sunt aequalia.

---

535   **Subtractio est etc.** (*38*): in hac tertia specie, quae est subtractio, facit auctor duo: primo enim facit quod intendit, secundo (*53*) subdit quandam cautelam et modum examinandi, si recte actum est necne in hac specie et in praecedenti, cum dicit *Si autem probare,* et posset illa pars dividi contra omnia determinata in hoc capitulo et in praece-
540   denti. Circa primam partem (*38*) facit duo: primo facit quod dictum est, secundo (*52*) removet dubium incidens circa praemissa, cum dicit *Sciendum est.* Prima (*38*) habet tres partes: primo enim definit subtractionem, et secundo (*40*) membra definientia et condiciones definientium manifestat, et tertio (*42*) se ordinat ad operandum; secunda pars

---

tabula T; simul scilicet 12345 et erunt 15 A   **520** reserves: reservas ES; servabis C   **521** qualibet: figura *add.* ES   **522** abiecto: abicias ET; abicito S   est: erit T; *om.* C   3: tria A; 3^{us} M   **523** quae: quem M   reservata: reserva C   **525** proba$_1$: probatio (probo T) CETD   **526** numeri: *om.* CE   quotiens: quotienscumque E; quos V   potest: potes VTAD; poterit M; *om.* C   9: VST, E (*ins.*); novenario CHB; 9° AM   **529** his: 9 *add.* VC   **533-4** Euclid. *Elem., Heiberg I p.10*   **534** relinquuntur: relinquentur T; reí` inent (*vel* -net VH) VHBA   **535** tertia specie: s.t. VST   **538** cum dicit: secunda pars (*om.* A) incipit (*om.* EA) ibi ESTA   **540** duo: quia *add.* EST   **541** cum

545 *(40)* incipit ibi *Minor autem de maiori,* tertia *(42)* ibi *In subtractione.*
Adhuc primo *(38)* facit duo, secundum quod dat duas definitiones
subtractionis; secuna *(39)* ibi *vel subtractio est.* [Haec est divisio.] –
Dicit primo *(38)* quod *subtractio est, propositis duobus numeris, inventio
excessus maioris numeri ad minorem.* Verbi gratia, si habeat aliquis 99
550 libras et teneatur creditori in 64, tunc ad hoc quod sciatur, deductis
his 64 quantum remanet de 99, valet haec species. Propositis igitur
talibus duobus numeris, subtractio est inventio cuiusdam numeri in
quo maior excedit minorem; inventio igitur illius excessus est utilitas
huius speciei, et hoc est quod secuna definitio *(39)* clarius dicit: **vel**
555 **subtractio est,** quod patet de se.

   Minor autem de maiori *(40)*: condiciones definientium manifestat,
et facit duo: primo enim facit quod dictum est, et ⟨secundo⟩ *(41)*,
quia locutus est de numero maiori et minori, dat artem cognoscendi,
quis numerorum propositorum est maior, cum dicit *Ille quidem.* – Et
560 quia pars prima *(40)* patet de se, vade ad sequentem *(41)*, ubi ex
incidenti dat artem cognoscendi, quis numerorum propositorum est
maior; et dicit quod *ille est maior, qui scribitur pluribus figuris, ultima
existente significativa.* Verbi gratia, licet 9 sit maxima figurarum et 1
minima, tamen 4 unitates maiorem numerum repraesentant quam 3
565 novenarii. *Si autem tot sunt figurae in uno quot sunt in reliquo, iudicandum
est per ultimas etc.,* quis eorum scilicet est maior vel minor: tot enim
figuris existentibus in uno quot sunt in altero, ille totus est maior
cuius ultima figura est maior; ut si sint isti duo numeri propositi 93

---

dicit: secuna ibi ESTA   **544** pars incipit (*om.* C) ibi: ibi ETA; ibi cum dicit
HB   **547** haec est divisio (definitio A): *om.* VCHBD   **548** dicit primo: p.d.
HBS; d. ergo p. ET; d. igitur A   **549** habeat aliquis: a.h. CD; h. quis VB; h.
H   **550** quod: ut VST; *def.* A
   553 excedit: -dat EST   **554** hoc: haec ESTA   secuna definitio (de-
scriptio *omnes*): d.s. CHBST; d. eius secuno A   dicit: ibi cum dicit *add.* EST
557 et facit duo: et d.f. V; *om.* & *ins.* E   et secuno: *Cu; et omnes*   **559**
numerorum: numerus A   cum: *om.* S; *def.* CHB   quidem: etc. *add.* VT;
numerus *add.* A; *def.* CHB   **561** numerorum: numerus ESTA; *def.*
CHB   propositorum: pos. V   **563** sit: est CHBS; *def.* T   **565** novenarii
(9ⁿⁱ V): 999 STAD   quot (quod E) sunt in reliquo: quot in alio V; quot in altero
sunt figurae HB   **566** est₁: *om.* EC   per ultimas: per paenultimas (-mos E)
EVS; per [[. .]]ultimas H; p.u. et paenultimas A; per ⟨ultimas vel per⟩ paenultimas *Cu*
567 altero: alio A   **570** numero: *om.* CS   reliquo: altero VHB   **572-3**

et 89, ille est maior cuius ultima est 9. Item, si tot sunt in uno
570 numero quot sunt in reliquo, et tantum numerum repraesentat
ultima unius quantum ultima alterius, tunc cuius paenultima est
maior, totus est maior; ut si sint isti duo numeri propositi 983 et 973,
ille est maior cuius paenultima est 8.

In subtractione etc. (*42*): ordinat se ad operandum, et facit tria:
575 primo enim tangit, quot numeri sunt hic necessarii, et secundo (*43*)
eos disponit in ordine quo eis in operando est utendum, et tertio (*44*)
de operatione exsequitur; secunda pars (*43*) est ibi *Numerus a quo,*
tertia (*44*) ibi *Subtrahe igitur.* Et patent partes duae primae (*42-3*). – Ubi
auctor exsequitur de modo operandi (*44*), facit duo: primo enim dat
580 modum subtrahendi primam inferioris ordinis a prima superioris
ordinis, et secundo (*51*) innuit eundem modum in subtractione
aliarum de aliis, cum dicit *Hoc autem facto.* Primo (*44*) facit duo: primo
enim tangit diversas habitudines primae inferioris ad primam supe-
rioris, et secundo (*45*) iuxta quamlibet illarum habitudinum docet
585 operari, cum dicit *Si par etc.* Et patet prima pars (*44*).

Et illa pars **Si par** (*45*) dividitur in tres partes iuxta numerum trium
habitudinum primae ad primam, et incipit secunda pars (*46*) ibi *Si
maior,* tertia (*47*) ibi *Si minor.* – Exemplum primae partis (*45*): sit
numerus subtrahendus iste 248, numerus, a quo debet fieri sub-
590 tractio, iste 688. Ordinentur igitur sic $\frac{688}{248}$. Cum igitur prima inferioris
ordinis sit aequalis primae superioris, deleas superiorem et loco eius
scribas cifram, et tunc stabunt figurae post subtractionem hoc modo
$\frac{680}{248}$. Sed 0 ponitur loco superioris deletae, ne sequentes figurae eius-
dem ordinis minus significent: alioquin enim, ubi deberent esse
595 sexcenta octuaginta, non essent nisi sexaginta octo. – **Si maior** (*46*):

---

et 973--est 8: *om.* & *ins.* E; *def.* A   **573** ille est maior: iste m.e. C; *def.* A   est
8 (maior B, H *in ras.*): etc. *add.* CE; *def.* A   **575** quot: quod EST,
Aa.c.   **576** in operando est utendum: e. u. in operando (operatione ST; ordine
E) ESTA   **577** pars est (incipit T; *om.* C) ibi: ibi HBEA   **578** patent
(-ebunt T) partes duae primae: VS; par. pat. pr. du. ET; *varie cett.*   **579** auctor:
autem auctor ET; autem C   **583** superioris: ordinis *add.* EST   **586** par: etc.
add. VS   **588** maior: etc. *add.* ES   sit numerus subt. iste (ille T): sit i.n. (n.i.
STA) su. ESTA; sit n. su. HB; su. C   **590** iste: ille C; sit ille VT; ista HB; *om.*
SA   sic: figurae *add.* EST; *alia add.* B   **591** ordinis: *om.* CB, A (*in supplemento*)
593 sequentes figurae: f.s. S; s. CA   **594** deberent: debebunt C; deberet S; *om.*
A   **595** essent: esset ibi S; existunt T; erunt VCHB; *def.* A   maior: etc. *add.*

Exemplum huius est: sit numerus subtrahendus 248, numerus, a quo debet fieri subtractio, 469, et stabunt figurae sic $\frac{469}{248}$. Cum igitur prima superioris ordinis sit maior quam prima inferioris ordinis, demas de superiori 8 unitates, et residuum, scilicet unitatem, ponas loco eius,
600 et stabunt figurae sic $\frac{461}{248}$.

Si minor (47): docet, qualiter sit negotiandum quando prima figura superioris ordinis fuerit minor quam prima inferioris; et quia maior de minori subtrahi non potest, ideo a sequenti loco mutuandum est quod deficit. Quia igitur figura secundo loco posita aliquando est
605 significativa, aliquando non significativa, ideo auctor hic duo facit, quia primo (47) docet operari, cum figura in secundo loco posita fuerit significativa, et secundo (49), cum non fuerit significativa, cum dicit Si autem figura. Circa primum (47) duo facit, quia primo docet operari, cum figura secundo loco posita fuerit aliqua alia ab unitate,
610 et secundo (48), cum fuerit unitas, ibi Si vero figura. – Dicit primo (47) quod si minor fuerit prima superioris ordinis quam prima inferioris ordinis, tunc, quia maior de minori subtrahi non potest, mutuetur, id est mutuo accipiatur, unitas a figura proxima sequente, quae scilicet unitas valet X respectu figurae praecedentis, scilicet primae, quia quaelibet unitas
615 in secundo loco posita valet X, ut dicebatur supra. Ab illo igitur denario in secundo loco sub forma unitatis accepto et a figura, a qua in principio debuit fieri subtractio, simul iunctis subtrahatur figura inferior, et residuum etc. Verbi gratia, sint numeri isti $\frac{463}{348}$. Cum prima superioris ordinis, scilicet 3, sit minor quam 8, quae est prima inferioris,
620 inferior de superiori subtrahi non potest: accipiatur ergo unitas de 6, quae est figura proxima sequens, et quia quaelibet unitas in hoc 6 valet 10, haec unitas valet 10; loco igitur 6 scribatur 5, et postea a

VC   596 sit: si C, A (ins.); om. ET   subtrahendus: si«t» add. A; sit iste (ille T) add. ET   597 subtractio: sit iste (ille H) HBET   598 ordinis₂: om. ESTA
601 minor: etc. add. HEST   602 inferioris: ordinis add. E   603 de: a VCHB   potest: poterit CHBET   mutuandum: -anda V; mutandum C
604 secundo loco: l.s. ES; s. V   606 in: om. C; def. A   607 cum dicit: secunda (om. EA) ibi ESTA   610 ibi: secunda ibi EST   figura: etc. add. VC
613 scilicet unitas (ueritas C): unitas ES; unum T; om. A   614 x: EV; 10 CS
615 x: E; 10 VC; decem S   igitur: om. ESTA   616-7 in principio (primo T) debuit fieri: d.i.p.f. E; f.d.i.p. ST; d.f. C   619 ordinis: ES; om. cett.   620 ergo: C; om. cett.; igitur Cu   unitas: VE; 1 CS   622 10₁: x E   unitas: om. C; def. VTA   10₂: x E; def. VTA   scribatur: -antur E; -as C   a: uno A; om. S; def.

denario accepto et a 3, a quo debes subtrahere, subtrahas 8, et remanent 5, quae ponas loco 3, sic $\overset{455}{348}$. – **Si vero figura** (*48*): docet,

625 qualiter operandum est, cum figura illa sit unitas, a qua mutuandum est, et patet. Verbi gratia, sint isti numeri $\overset{413}{348}$. Cum 8 non possint subtrahi de 3, deleas 1, quae est in secundo loco, et quia illa valet 10, subtrahas 8 de 13, et remanent 5, quae reponas loco 3, et propter figuram sequentem ponas 0 loco unitatis quam loco secundo mutu-

630 atus es, sic $\overset{405}{348}$. – **Si autem figura** (*49*): docet, qualiter operandum est, cum in secundo loco fuerit cifra, et facit duo: primo facit quod dictum est, secundo (*50*) dat causam operationis; et incipit secunda pars ibi *Ratio autem*. Et patet in littera. Verbi gratia, sint numeri isti $\overset{405}{348}$. Quia non poteris subtrahere 8 de 5, mutuo accipias de figura

635 sequente; cum igitur ipsa sit 0, de sequente, scilicet de 4, sumas unitatem, et residuum, scilicet 3, ponas loco 4, et redeundo ad primam, de qua volebas subtrahere, fac de 0 9, et hoc facto remanent solummodo 10 de illa unitate quam accepisti in loco tertio: ab illo igitur denario et a 5 subtrahas 8, et remanent 7, sic $\overset{397}{348}$. – **Ratio**

640 **autem** (*50*): dat causam operationis, scilicet quare de cifra fiat 9 in isto casu, et patet in littera de se.

Hoc autem facto (*51*): usque nunc docuit in omni casu subtrahere primam de prima; consequenter innuit idem esse faciendum in subtractione secundae a secunda, et universaliter in subtractione

645 cuiuslibet inferioris a figura sibi supraposita, nec in aliquo variabitur modus operandi.

Sciendum tamen (*52*): removet dubium incidens circa praemissa,

---

C   **623** 3: VS; tribus E; *def.* C   debes subtrahere: deberes s. S; debet subtrahi V; *def.* C   **624** remanent: -et E; *def.* C; *alia* A   quae: qua E; quem CHBT; *alia* A   figura: f. etc. VCHB   **625** mutuandum: -da CSA   **626** possint: possit V; potest ET   **627** de: a ESTA   3: tribus VC   1: unitatem E; 1 scilicet 1 A   10: x E   **628** 3: ternarii ET   **629** unitatis: EV; 1 CS   mutuatus es: m. est S; mutuatur e(n)s C; *def.* A   **632** operationis: o. huius E; operis VHBD   et incipit secunda pars: e.i.s. V; *om.* ETA   **635** 0: VS; cifra CE   **638** 10: decem E   illo: isto CE   **639** sic: isto modo ESTA   ratio autem: tunc C; deinde SA; deinde ibi r.a. T; *om.* V   **640** operationis: huius o. ET; operis VHB   quare: quia CS   cifra: 0 CST   **642** usque: et quia u. ESTA   nunc: huc ST; non C; *alia* A   **643** consequenter: ideo ET; ideo cons. SA   **645** supraposita: suppo- VET   variabitur: -atur C; novabitur V   **647** tamen: est etc. C; tamen etc. S; etc. V; *om.* HBA   remo-

et posset ista pars fuisse divisa contra principium capituli praeceden-
tis. Et incidit illud dubium sic: quia dictum est in utraque istarum
650 specierum, scilicet additione et subtractione, quod incipere debemus
a prima figura versus dextram {29,44}, ideo forte dubitaret aliquis,
utrum possibile esset incipere operari a sinistra; hoc igitur auctor
removet, dicens quod *tam in additione quam in subtractione possumus*
operari incipientes a sinistra, sed commodius, id est facilius, *fiet sicut dictum*
655 *est.*

Si autem probare (*53*): posset etiam haec pars fuisse divisa contra
utraque capitula iam lecta immediate; in qua docet auctor verificare
et examinare, utrum bene operatus sis; et primo (*53*) docet examinare
sive probare, utrum bene subtraxeris, quantum ad capitulum iam
660 immediate lectum; secundo (*54*) docet examinare, utrum bene
addideris, quantum ad capitulum ante istud; et incipit secunda pars
ibi *Similiter in additione,* et patent partes. Sed alium modum exami-
nandi additionem habes supra; hic etiam alium dabo modum
examinandi si bene subtraxisti necne.

665 Sed primo ponam exemplum, in quo tanguntur omnes casus inci-
dentes in hac specie quae est subtractio: sit numerus, a quo debet
fieri subtractio, 10222, numerus vero subtrahendus iste 5432, quos
per praedicta in hoc capitulo (*43*) sic loces $^{10222}_{5432}$. Subtrahas igitur
primam de prima, scilicet 2 de 2, et nihil remanet; ergo loco
670 superioris deletae ponatur cifra. Deinde subtrahas secundam de
secunda, scilicet 3 de 2, et quia non potes, accipe unitatem de 2 in
proximo loco, et remanet unitas, quam in tertio loco ponas loco 2;
subtrahas igitur 3 de 12, quae habes aggregata ex 2, a quo debebas

vet: hic r. ESTA   **649** illud: istud VHB; *def.* A   istarum: illarum V; *om.* E
652 incipere operari a sinistra: o. a s. STA; a s.i.o. E; o.i. a s. V   hoc: hic
BS   **654** commodius: -dosius S   **656** probare: par EST; proba A   fuisse
divisa: d. (-ssa H) f. VHST; emissa f. B   **657** lecta: dicta CA; locata V   **658**
operatus sis: s.o. ETA; op. sit S; operandus sit C; operatum sit vel non D; *def.* HB
659 capitulum: causam C; *alia* A   iam immediate: imm. C; imm. iam
EHB; *alia* A   **660** lectum: dictam C; locatum V; *alia* A   **661** istud: illud
ECT   **663** habes: habebas E   dabo modum examinandi: V; m.e.d. C;
e.m.d. E; m.d.e. S; *varie cett.*   **666** sit: sit autem ET; sic(ut) igitur C   nume-
rus: ille *add.* E; iste *add.* STA   **667** iste: sit T; sit ille E; ille S; *om.* V   **669**
ergo loco: l.e. S; igitur 1. V; ergo E   **670** cifra: 0 CST   **671** accipe: accipere
E; *def.* C   unitatem: 1 ST; unum A; *om.* V; *def.* C   **672** unitas: 1 CST; unum
A   quam: quod SA   **673** debebas: debeas T, Aa.c.; debeat C; volebas V

subtrahere, et ab eo quod mutuatum est; et tunc remanent 9, quae
675 ponas loco secundo, scilicet loco binarii. Quo facto subtrahas tertiam
de tertia, scilicet 4 de 1; sed non potes, ergo, cum in loco proximo est
cifra, accipe unitatem de figura proxima post 0, et quia illa est unitas,
deleas illam; sed non oportet loco eius ponere cifram, quia nulla
figura sequitur. Quia igitur haec unitas valuit centum respectu figu-
680 rae, a qua debuisti subtrahere, ideo de illis centum relinquas 90,
faciendo 9 de cifra quae erat in via, et sic non remanet nisi denarius;
ab hoc igitur denario adiuncto unitati, a qua debuisti subtrahere,
subtrahas 4, et remanent 7, quae ponas loco unitatis. Deinde
subtrahas quartam de quarta, scilicet 5 de 9, et remanent 4, quae
685 ponas loco 9 deleti, et remanebunt hae figurae 4790.

Si igitur probare velis utrum bene subtraxisti (53), addas figuras
quas subtraxisti ad figuras hic residuas, et redibunt eaedem quae
primo proponebantur. – Vel sic hoc probes, quia, si proba numeri
residui et proba numeri, quem subtraxisti, fuerint aequales probae
690 numeri, a quo subtraxisti, bene fecisti; est autem proba, sicut dictum
est, residuum abiecto quotiens potest novenario; et erit proba
utrobique 7.

───────────

Mediatio est etc. (55): exsequitur de quarta specie, quae est
mediatio, et facit tria, quia primo definit mediationem, et secundo
695 (57), quid requiritur tamquam obiectum operationis in hac specie,
manifestat, et tertio (58) exsequitur de modo operandi. Et incipit
secunda pars (57) ibi *In mediatione,* tertia (58) ibi *Si velis igitur.* –

676 sed: quia *add.* ESTA   loco: secundo *add.* ESTA   **677** cifra: VE; 0 S; 40
C   0: cifram EB; cifra H; *alia* A   unitas: 1 CS   **678** cifram: EV: 0 CS
680 relinquas (reliquas HB): -quis C; -quantur V   **681** cifra: 0 VCT; 9
S   erat: erant C; erit S; erunt T; est HB   **685** 9: novenarii (9^{rii} V) VHB; *om.* C
687 eaedem: figurae *add.* CSA   **689** residui: hic r. CE; r. hic D   fuerint
(fuerit V): fiunt BT, C (*ins.*), V (*in dittographia deleta*)   **691** abiecto: adiecto C;
abicito S; *def.* T   novenario: ES; 9 C; novem V   erit proba: est proba C;
erunt probae V   **693** exsequitur: hic e. EA; in parte ista e. S; in parte ista sive
nunc e. T; tunc sequitur C   **696** et incipit secunda pars ibi: s. ibi EA; et s. inc.
ibi V   **697** mediatione: autem *add.* STA; etc. *add.* V   **699** medietatem
(medie(n)te(m) E): me(taphysi)cam C

Definitio (55) patet; utilitatem autem huius speciei (56) subdit ibi **ut videatur.** Valet igitur haec species ad inveniendum medietatem
700 cuiuslibet numeri propositi. – **In mediatione** (57): haec pars etiam patet in littera.

Si velis igitur (58): hic exsequitur de modo quo hic est operandum, et facit duo: primo propositis figuris docet, ubi est incipiendum operari, et secundo (59) exsequitur de intento, cum dicit *Aut igitur.* –
705 Pars prima (58) patet; et dicit *si illa fuerit significativa,* quia non contingit mediare nihil, et propter hoc oportet quod figura medianda aliquid significet.

Aut igitur (59): hic exsequitur de modo operandi, et facit duo: primo enim docet mediare primam figuram, et secundo (63) alias, ibi
710 *Hoc quidem facto.* – Iuxta primam partem (59) notandum est quod omnis figura aut est significativa aut non significativa. Si sit non significativa, non contingit eam mediare, sicut dictum est; si sit significativa, aut est unitas aut alia ab unitate; si alia ab unitate, aut significat numerum parem aut imparem; in omnibus autem mediare
715 contingit aliis a 0, et ideo de 0 non facit mentionem. Circa significativas autem sic procedit, quia primo (59) docet mediare figuram primam, cum fuerit unitas, et secundo (60), cum fuerit alia ab unitate, cum dicit *Si autem prima figura.* – Pars prima (59) patet in littera, nisi ibi *vel resolvatur,* more astronomorum, qui prima divisione
720 semper dividunt integrum *in 60 minuta.* Illud totum dicit propter nihil aliud nisi ut medietas illius unitatis primae exterius reservetur, quia, sicut dicit, cum duplare volueris quod post mediationem remanserit, *medietas* unitatis primae, exterius reservata, etiam *duplata* et integra facta *in locum suum,* scilicet primum, *recipietur,* sicut in fine capituli
725 sequentis videbis in exemplo. – **Si autem prima figura** (60): docet mediare primam figuram, cum fuerit alia ab unitate, et facit duo, quia primo (60) praemittit quandam divisionem, et patet, secundo

---

702 hic: *om.* CEA   **704** exsequitur (-quit V): ex ea C   **705** dicit: *verba* aut igitur (708) – figuram (709) *hic adhibet Cu, aliis quibusdam mutatis*   **709** primo enim: primo CA; nam primo V   **711-2** si sit--dictum est: *om.* CA   **712** non contingit: tunc non c. aliquid E; *def.* CA   **714** mediare (-atio HBW) contingit (competit W) aliis a (*om.* T) 0 (cifra BE): aliis m.c. aliis .7.0. C; aliis c.m. .7.0. D; aliis «quam» cifra c.m. A   **716** autem: ac C; actor HB; *om.* ET   quia: quod T, Cu   **723** etiam: et VS; quae C   et integra facta: etiam i.f. V; et etiam i.f. E; i.f. et B, H*p.c.*   **724-5** *cf. l.* 848-9   **728** de membris div.: membra div. T;

(61) de membris divisionis prosequitur, cum dicit **si par**, et primo *(61)* primum membrum, et patet, et secundo *(62)* secundum, cum
730 dicit **si impar**; ubi dicit quod, si prima figura significet numerum imparem, puta 7, *sume proximum parem contentum sub illo* impari, scilicet 6, *et medietatem eius,* scilicet 3, *pone loco eius,* scilicet 7; et quia mediasti 6, non 7, remanet adhuc unitas medianda, et ideo dicit *de unitate autem, quae remanet medianda, fac ut prius,* scilicet quando prima figura
735 erat unitas.

Hoc quidem facto *(63)*: docet mediare figuras alias a prima, et facit duo, quia primo docet mediare secundam, et secundo *(69)* innuit eundem modum habendum esse in mediando quascumque alias; et incipit secunda pars in fine capituli, cum dicit *Et sic operandum est.*
740 Circa primam partem *(63)* notandum est quod secunda figura aut est cifra aut alia; si alia, aut est par aut impar: hanc divisionem innuit auctor comprehendens unitatem sub numero impari. Facit igitur auctor duo, quia primo *(64)* docet, qualiter faciendum est si secunda fuerit 0, et patet, et secundo *(65)* docet, quid faciendum est si sit
745 figura significativa, cum dicit **Si sit significativa**; et facit duo: primo enim *(66)* docet, quid faciendum est cum secunda fuerit par, et patet, et secundo *(67)*, si impar, ibi **Si impar**; et haec in duas partes, quia primo *(67)* docet mediare secundam, quando ante eam in loco primo fuerit figura significativa, et secundo *(68)*, quando ante eam in loco
750 primo fuerit 0; secunda ibi *Si autem 0.* - Ad intellectum primae partis *(67)*, sit numerus mediandus iste 874. Mediabis secundam sic: accipe numerum parem proximum sub 7, scilicet 6, cuius 6 medietatem,

membra div. sive de membris div. ES   prosequitur: exseq. EA   **729** primum membrum: m.p. VS; ponit p.m. C; p. A; *alia* T   **731** parem *(om. & ins.* E)*:* numerum C   **733** unitas: CE; 1 VS   **734** autem: STD; aut C; auctor VHB; a(li)or(um) (et) E; *om.* A   **737** quia primo: primo enim C; primo ESTA   **741** hanc: autem *add.* EST   **742** auctor: auctor hic ET; *om.* CA   **743** qualiter: quid VD   faciendum est: sit f. D; operandum est CSA; operandum est sive f. E; sit operandum sive f. T   **744** quid: quomodo ET; qualiter HBSA   **745** figura significativa: s.f. VHB; s. CA; *alia* T   **747** et haec: adhuc S   duas partes: duo S; d() ETA   **749** secundo: docet mediare secundam *add.* ES; *alia* T   in loco primo fuerit (fuit H): l.p.f. C; f.l.p. EST; *alia* A   **750** primae partis: pa.pr. ESA
     751 mediandus iste (ille HESA): i.m. ET   **752** sub: isto *add.* C; illo *add.* VHB   scilicet 6: et est 6 C; et erit 6 SA; et 6 V; contentum et erunt 6 H;

scilicet 3, ponas loco 7; et quia quaelibet unitas in secundo loco valet
10, unitas quae remanet valet 10: pro medietate ergo eius addas 5 ad
755 figuram primam, scilicet ad 4, sic 839. – **Si autem 0** (*68*): docet,
qualiter medianda est secunda, cum ante eam loco primo fuerit 0,
quia pro medietate unitatis quae remanet ponendus est quinarius
loco 0 in primo loco. Ex iam dictis constat etiam, quid faciendum sit,
si unitas fuerit in secundo loco, quia ea deleta loco eius scribatur 0, et
760 5 addatur figurae primae eo modo quo dictum est. – **Et sic operan-
dum** (*69*): innuit idem esse faciendum in omnibus aliis figuris, sicut
modo factum est circa secundam, et patet.

In hac specie utaris hoc exemplo ad omnes casus. Sit iste numerus
mediandus 510321. Incipe igitur a prima, et quia illa est unitas, illa
765 deleta loco eius scribatur 0, et signum dimidii, tale scilicet ∂, ponatur
extra in tabula, et tunc erunt istae figurae 510320. Deinde media
secundam; quae igitur quia par est, loco eius deletae ponatur unitas,
sic 510310. Deinde media tertiam, quae est impar, scilicet 3:
medietatem igitur binarii, scilicet 1, loco eius ponas, et 5 addas ad
770 figuram praecedentem, sic 510160. Deinde vadas ad quartam; quia
igitur haec est cifra, praetermittatur intacta. Quo facto media paenul-
timam, et quia haec est unitas, loco eius cifram ponas, et 5 ponas
ante, loco 0 praecedentis, sic 505160. Deinde media ultimam, quae
quia est impar, scilicet 5, loco eius ponas medietatem de 4, scilicet 2,
775 et pro unitate quae remanet addas ad figuram ante, scilicet ubi 0 est,
5. Et erit residuum totius istud 255160 et unum ∂.

Quod si probare velis utrum bene mediasti, sumas probam residui,

---

«contentum» sic accipe numerum B   cuius: scilicet *add.* CHBSTA   **754** 10₁:
x E   10₂: VCS; x E   ergo: igitur VSTA   **756** loco primo fuerit: et l.p.f. S;
in l.p.f. A; «f.» l.p. E; f.p.l. T; *def.* C   0: VS; cifra E; *def.* C   **757** quinarius:
AD; quin. sic 5 S; 5 VCHBT, E(*ins.*); et *add.* VEST   **759** loco₁: *om.*
VC   0: VC; cifra ES   **760** operandum: est etc. *add.* C; est hic *add.* A; in parte
ista *add.* EST   **762** factum: dictum EC   **766** in tabula--figurae: sic VHB; sic
∂ C   erunt istae: erunt illae S; sic stabunt illae T; *def.* VCHB   **510320**:
510310 V; 51030 ET; 510320 «∂» H; *def.* C   **767** unitas: V; 1 ES; *om.*
C   **768** 510310: [[∂]] 510310 C   **769** binarii: 2 V; *om.* EHBST; *def.*
A   1: unitatem VHB: unum T   **772** cifram ponas: 0 ponas VT; ponas 0 SA;
pone 0 C   **773** sic: isto (illo T) modo EST   quae quia: quae HBSA; et quia
haec C   **774** loco: et loco HBA   ponas: pone VC   **775** addas: addas 5
E; 5 addas T   **776** 5: *om.* ECB; *alia* T   istud: illud CA; id V   ∂: dimi-

et est 1 cum dimidio; quod si duplaveris, habebis 3, quae erant proba
numeri primo propositi. Sed nota quod, si aliquando proba residui
780 duplata excedat 9, abiectis 9 residuum erit proba numeri totalis
primo propositi. Attamen non semper erit proba residui medietas
probae totalis, licet residuum sit medietas totalis, ut in hoc numero
12345: proba enim numeri totalis est 6, proba autem residui facta
mediatione est 7 cum dimidio, quo duplato erunt 15, quorum proba
785 est 6.

Duplatio etc. (70): [postquam auctor expedivit se de quattuor
speciebus huius artis, in ista parte] determinat de duplatione, quae
est quinta species huius artis, et facit tria: primo enim definit eam,
secundo (71) subiungit ea quae in hac specie sunt necessaria, et tertio
790 (76) tradit modum operandi; et incipit secunda pars (71) statim post,
cum dicit *In duplatione,* tertia (76) ibi *Si velis igitur.* – Prima pars (70)
patet, nisi quod dicit *ad se ipsum,* propter differentiam huius speciei
ad additionem, ubi indifferenter quilibet cuilibet aggregatur: omnis
enim duplatio additio quaedam est, et non convertitur. Si igitur
795 aliquis habeat aliquam summam, puta 999 libras, et tantundem
accepturus est a debitore, ad sciendum summam totius valet haec
species.

    In duplatione etc. (71): subdit quae ad hanc speciem sunt neces-
saria, et facit duo: primo enim dicit quod *unus ordo figurarum est hic*
800 *necessarius,* et patet, et secundo (72) docet, ubi incipiendum est
operari, cum dicit **Et inchoandum est,** et facit duo: primo enim

---

dium C; dd^m S   **778** 1: unum ET; *alia* A   dimidio: *∂* VHBA; x°
T   quae erant: quae erunt CD; quae est T; quod erat V   **779** proba: numeri
add. S, V(*ins.*)   **784** dimidio: *∂* VHBSA; *om.* T   **786** duplatio: est numeri
propositi *add.* EST   **786-7** postquam--parte: *om.* VCHB   **786** auctor: *om.* A;
def. VCHB   expedivit: -dit T; *def.* VCHB   **787** in ista parte: in p.i. T; hic A;
def. VCHB   determinat: auctor *add.* VCHB   **788** definit eam: definit dupla-
tionem A; definit (ostendit E) quid est (sit T) duplatio EST   **790-1** et incipit
--dicit: secunda ibi ETA; se. pa. inc. st. po. cum dicit C; et inc. se. pa. ibi cum dicit
HB   **793** aggregatur: -tus E, V?   **795** habeat: *om.* & *ins.* EH; *om.* VCSTAD,
Cu   libras: ibi sunt E (*ins.*); 1. ibi sunt S; 1. «a quocumque» ille sit A; 1. habet
TD, *Cu*

docet, ubi in hac specie et universaliter in omnibus sit incipiendum operari, et secundo (*74*) assignat causam specialiter, quare in hac specie incipiendum est a sinistra, id est ab ultima figura; et incipit
805 secunda pars, cum dicit *Et ratio huius est.* Adhuc primo (*72*) facit quod dictum est, secundo (*73*) ad faciliorem dictorum rememorationem subdit quosdam versus, ibi *Subtrahis etc.*; et patet prima pars (*72*). –
Subtrahis aut addis vel mediabis a dextris (*73*), id est, sive debeas addere numerum numero sive subtrahere numerum a nu-
810 mero sive mediare numerum propositum, hoc facies incipiendo a dextris; *sed dupla, divide, multiplica a laeva,* id est a sinistra, scilicet incipiendo; *extrahe radicem duplam,* id est tam in numeris quadratis quam cubicis, *sub sinistra parte,* scilicet incipiendo. – **Et ratio huius est** (*74*): assignat causam specialiter, quare ad sinistram est in ista
815 specie incipiendum, et facit duo: primo enim facit quod dictum est, secundo (*75*) innuit possibilitatem operandi incipiendo a figura prima versus dextram; et incipit secunda pars ibi *et licet aliquo modo.* Exemplum partis primae (*74*) non potest hic dari, antequam detur modus operandi; in fine igitur ostendam tibi quomodo, incipiendo a
820 prima figura, contingit aliquando idem bis duplare, et similiter quomodo possibile sit incipere a prima figura praeter hoc quod idem dupletur bis.

---

801 cum dicit: ibi cum dicit ES; ibi AD   facit duo: haec (adhuc T) in d(uo) ESTA   primo enim: p. autem C; quia primo E; *alia* A   **802** omnibus: sequentibus *add.* E; *alia* A   **804** figura: *om.* EC; *def.* A   et incipit secunda pars: secunda (-do T) ET; *om.* A   **805** cum dicit: ibi CETA; ibi cum dicit S **806** dictum est: et *add.* VHBS   ad faciliorem--rememorationem: propter memoriam meliorem D   rememorationem: rementionem E; remotionem HB; retentionem SA, *Cu*; receptionem (*vel* rete⟨m⟩pt- = retent-) V; redditionem T; recordationem C   **807** etc.: aut ad E; aut T; aut addis a dextris vel mediabis etc. S; *om.* CA   **808-13** subtrahis--incipiendo: *om.* A   **808** subtrahis--a dextris (aderis T): subtra aut ad a dex vel me (!) E; subtrahis aut a dextris vel mediabis C; *alia* S; *def.* A   sive debeas: sive tu debes E; si debes T; *def.* A; *alia* S **809** a: *om.* & *ins.* CE; *def.* A   **812** quadratis quam (in *add.* HB) cubicis: cu. quam (in *add.* C) qua. CD; *def.* A   **813** et ratio: tunc sequitur alia (*om.* TA) pars ibi (*om.* TA) et ratio STA   **814** est₁: in qua *add.* ESTA   ad sinistram: a sinistra HBAD, *Cu*   **818** partis primae: pr. pa. ESTA   **819** ostendam tibi .(*nusquam, ut vid.*): ostendatur C; dicam tibi HB; ostendendum est ESTA   **820** contingit (-get H): convenit S; *def.* C   aliquando idem: i.a. V; aliquando *post* duplare HB; *def.* C   **821** possibile sit: s.p. V; p. est A; *def.* C   hoc: haec S;

Si velis igitur (*76*): tradit modum operandi, et facit duo: primo enim facit hoc, secundo (*80*) dat modum examinandi operationem, si
825 recte factum sit, cum dicit in fine *Probatio autem huius est.* Adhuc ⌊prima pars (*76*) dividitur in 3, quia⌋ primo docet duplare ultimam, secundo (*77*) paenultimam, et tertio (*79*) innuit idem esse faciendum in omnibus aliis; secunda (*77*) ibi *Hoc facto,* tertia (*79*) ibi *Eodem modo.* – Prima pars (*76*) patet quia, quidquid ex duplatione ultimae prove-
830 nit, per omnia faciendum est sicut in additione. – **Hoc facto** (*77*): docet duplare paenultimam, et facit duo: primo enim innuit quod eodem modo faciendum est cum paenultima sicut fit cum ultima, et hoc, cum paenultima fuerit significativa; et secundo (*78*) subdit, quid agendum est cum illa paenultima fuerit 0, cum dicit *Si vero fuerit cifra*;
835 partes patent. – **Eodem modo** (*79*): innuit idem esse faciendum in omnibus aliis, sicut modo factum est cum ultima et paenultima. – **Probatio autem huius** (*80*): dat modum examinandi operationem suam in hoc capitulo et in praecedenti proximo, et patet.

Esto igitur quod numerus duplandus sit ille 255160 et unum ∂.
840 Incipe igitur a sinistra, id est ab ultima figura, scilicet a 2, qua duplata proveniunt 4, quae ponas loco 2, sic 455160 et ∂. Deinde duples paenultimam, scilicet 5, et provenient 10; pone igitur 0 loco 5, et unitatem addas ad 4, sic 505160 ∂. Deinde dupla antepaenulti-mam, scilicet 5, et proveniet iterum 10; pone igitur 0 loco 5, et articu-
845 lum transferas, ponendo unitatem loco 0, sic 510160 ∂. Deinde dupla unitatem, et provenient 2, quae ponas loco unitatis. Deinde dupla 6,

---

s(ecundum) T; *def.* C   **823** velis igitur: i.v. ET; v. CA   **825** sit: est VC; *def.* A autem: *om.* C; *om.* & *ins.* E   **825-6** adhuc prima pars (*om.* T) dividitur in (*om.* S) 3 (*om.* S) quia: prima in d(uo) A; adhuc VCHB   **826** primo docet: d.p. VHB   **827** innuit idem: hoc id.in. ET; in. hoc id. SA   **828** ibi$_1$: pars ibi CHB; pars incipit ibi S   hoc: autem *add.* ESA   modo: operandum (est *add.* S) *add.* CHBST   **832** fit: facit C; *om.* EHBTA   **833** subdit: subiungit ESTA **834** fuerit$_2$ cifra (0 ST; *om.* A): etc. VC; *om.* HB   **839** igitur quod: ergo quod E; igitur cum S; *om.* C   ille: iste CHBA   unum ∂: numerum dimidium (-dii C) CHB; unum cum ∂ A   **841** proveniunt: -ient VC   2: et E; 2^{orum} B, H*p.c.*; *om.* C   et ∂: et dimid(ium) C; et [[∂]] H; ∂ BSTA; *om.* E   **842** provenient: -iunt EHBTA   10: x E   **843** unitatem: utilitatem E; 1 VSTA ∂: et ∂ HB; et dimid(ium) C; *om.* E   **844** proveniet: -ient S; -iunt E   10: VCS; x E **845** unitatem: VC; 1 E; 5 S   **846** unitatem: VC; 1 ES   unitatis: 1 S; unius 1 H; unius B; *vacat* T; *def.* E, A   **847** unitatem: VC; 1 ES   sic: et erunt 3, et

et provenient 12; 2 igitur ponas loco 6, et unitatem addas ad 2, sic
510320 ∂. Deinde dupla ∂, quod habuisti ultra integra, et duplum
eius, scilicet 1 integrum, ponas loco 0 in primo loco; et stabunt
850 figurae sic 510321, et iste est numerus quem in praecedenti capitulo
mediasti.

Quod si probare velis te bene fecisse, absque eo quod tu probes
unam speciem per aliam, videas, si proba numeri iam duplati, id est
qui provenit post duplationem factam, fuerit dupla ad probam
855 numeri duplandi, quem scilicet primo proposuisti. Si sic, tunc bene
factum est, et patet in proposito quod proba numeri, qui provenit
post peractam duplationem, est 3, proba autem duplandi, scilicet
quem primo proposuisti, est 1 cum ∂, ergo bene.

Multiplicatio etc. (*81*): determinat de multiplicatione, quae est sexta
860 species huius artis; vel dicas quod hic determinat de multiplicatione
et divisione simul; et primo facit hoc, secundo (*123*) dat modum
examinandi operationem in utraque, et hoc facit in fine capituli
sequentis, cum dicit *Cum itaque.* Adhuc primo (*81*) determinat de
multiplicatione, secundo (*112*) de divisione, cum dicit in proximo
865 capitulo *Divisio est etc.* – In hoc capitulo primo (*81*) facit auctor
quinque: primo enim definit multiplicationem, secundo (*82*) mani-
festat, quot ordines figurarum sunt hic necessarii, et tertio (*86*) dat sex
regulas hanc speciem rectificantes, et quarto (*93*) docet operari, et
quinto (*111*) subdit quoddam notabile vel cautelam hic observan-
870 dam; et incipit secunda pars (*82*) ibi *In multiplicatione,* tertia (*86*) ibi

---

erit iste numerus sequens S; *om.* V   **848** ∂_1: *om.* VCHBS ∂_2: dimid(ium) C;
post integra *infra habet* S   **849** scilicet: erit ET   integrum: integ(ra) quam ET;
om. V   ponas: pones V; *om.* C

   855 proposuisti: posuisti EV   **857** duplandi (duplicandi HB) scilicet quem
primo: numeri d.q.p.s. C; d. «id est» numeri q.p. E; d.s. numeri (numerum T) q.p.
STA   **858** 1: unitas E; unum CHB ∂: dimidio (-id() C) CHB   **859-60**
determinat--artis: in parte ista (illa T) determinat auctor (a.d. T) de sexta (vi^a E)
specie huius artis, scilicet de multiplicatione EST; hic determinat de multiplica-
tione A   **860** species huius artis: h.a.s. V; *alia* ESTA   dicas: poterit dici EST;
def. A   **861** primo facit hoc: h.f.p. VCHB   **863** itaque: etc. *add.* VC
865 est: *om.* EC   facit auctor: a.f. EST   **871** sex regulae: sex S; vid() T; *om.*

Sunt autem sex regulae, quarta *(93)* ibi *Si velis igitur,* quinta *(111)* ibi
Sciendum autem, in fine capituli.

Dicit igitur primo *(81)* quod *multiplicatio est, propositis duobus numeris,
inventio tertii numeri qui etc.* Vult dicere quod, si proponantur duo
875 numeri quorum unum velis multiplicare per alterum, tunc multi-
plicatio est inventio cuiusdam numeri tertii, *qui* numerus tertius
totiens, id est tot vicibus, *continet alterum illorum* propositorum, *quot
unitates sunt in reliquo.* Verbi gratia, si velis multiplicare 5 per 4,
provenient 20, qui, scilicet numerus vigenarius, tertius est a duobus
880 propositis; et iste totiens continet 5 quot unitates sunt in 4, et etiam
totiens continet 4 quot unitates sunt in 5: viginti enim quater continet
5 vel quinquies 4, quod idem est. Multiplicare igitur unum numerum
per alium est invenire quendam numerum tertium, qui totiens
continet alterum illorum, quot unitates sunt in reliquo. Est autem
885 haec species maxime utilis, quia esto quod rex aliquis † habeat in
deposito magnam summam pecuniae, puta 99999 librarum, quam
deputat aliquibus militibus, puta 666, quos mittat in expeditionem:
ad sciendum igitur, quantum quilibet de hac summa habebit †, valet
species hic tradita.

890 **In multiplicatione** *(82)*: manifestat, quot ordines figurarum in hac
specie sunt necessarii, et facit duo: primo enim facit quod dictum est,
et secundo *(85)* per modum notabilis dat quandam cautelam hic
observandam; et incipit secunda pars ibi *Notandum etiam.* Circa
primum *(82)* duo facit: primo enim manifestat, quot numeri in hac
895 specie sunt necessarii, et secundo *(84)* addit tertium quendam nume-

---

E; *def.* A   **873** igitur: ergo CS; *om.* A; *alia* T   **874** qui: *om.* EV; *def.*
A   proponantur: praepon. ESA; pon. CT   **877** id est: et VHBST;
def. A   **879** provenient: -iunt STA; *alia* HB   **880** 5: E; quinque HBS; *def.*
V   quot: quod E, Ha.c.; *def.* V   **881** continet$_1$: *om.* HB; *def.* V   viginti:
VB; 20 H; xx E; 5 S; vigenarius T; *def.* A   quater (4^{us} V, 4 S) continet: continent
quater E; *def.* A; *aliter disponit* T   **885-88** *hoc exemplum, quod ad divisionem spectat,
contra omnes testes ita retractat Curtze:* deputat aliquomodo cuilibet militum, puta 666,
quos mittat in expeditionem, magnam summam pecuniae, puta 999 librarum. Ad
sciendum igitur, quantam summam in universo militibus deputavit   **887** ali-
quibus: aliquot (-quod S) VS   mittat: mittet VHB   **888** hac: *om.*
ESTA   valet: haec *add.* ESTA   **889** hic: haec B; huiusmodi V; *om.* A
890 multiplicatione: etc. *add.* V; hic *add.* HB; etc. (*om.* T) in qua *add.* ST   **893**
pars: *om.* V; *def.* ETA   **900** est sciendum: sc. est T; scias VHB

rum, qui provenit ex duobus propositis, cum dicit *Potest etiam tertius numerus*. Adhuc circa primam partem *(82)* facit duo, quia primo facit quod dictum est, secundo *(83)* subiungit modum quo numeros istos denominabimus, ibi *Numerus multiplicandus.* - Circa primam partem
900 *(82)* est sciendum quod numerus multiplicandus est ille qui debet multiplicari, numerus multiplicans est per quem alius est multiplicandus. - **Numerus multiplicandus** *(83)*: subiungit modum quo numeros istos denominabimus, et patet. Verbi gratia, si velis multiplicare 6 per 4, dices in multiplicando sic: quater 6. - **Potest etiam**
905 *(84)*: addit quendam numerum tertium, qui resultat ex duobus quorum unus est multiplicans et alter multiplicandus, et patet. -
Notandum etiam *(85)*: per modum notabilis dat quandam cautelam hic observandam, et est quod, cum numerus aliquis debet per alium multiplicari, quocumque illorum velit poterit quis uti pro multipli-
910 cando, et similiter quocumque pro multiplicante, quia provenit idem ducendo 6 in 5 et 5 in 6.

Sunt autem sex regulae *(86)*: assignat sex regulas hanc speciem rectificantes, et iuxta hoc haec pars in sex partes dividitur, quia primo *(87)* dat regulam ducendi digitum in digitum, secundo *(88)* digitum in
915 articulum, tertio *(89)* digitum in numerum compositum, quarto *(90)* articulum in articulum, quinto *(91)* articulum in numerum composi-tum, sexto *(92)* numerum compositum in numerum compositum; nec pluribus modis est possibile numerum duci in numerum sive numerum multiplicari per numerum; et patent partes. Sed quia
920 semper qualibet figura utimur ac si per se poneretur, ideo sola prima regula *(87)* est de esse huius speciei; sed aliae sunt quasi correlaria quaedam ex prima regula sequentia, sicut videbitur, quapropter quinque regulas ultimas reservabo ad finem capituli. - Quia igitur tota vis capituli iacet in prima regula, notes eam diligenter. Dicit
925 igitur sic: **Quando digitus multiplicat digitum, subtrahendus est**

---

903 numeros istos: i.n.T; n. isto V; numerum HB   velis: velimus HBSTA
904 dices: dicemus HBSTA   potest (post A): et cum dicit p. EST   **907**
quandam: *om.* VHB; *def.* A   **909** velit poterit quis: v.p. HB; velis poteris V; *def.*
A   **913** partes: *om.* VA   dividitur: potest dividi EA; habet dividi S; dividi
T   quia: ita quod EST; *def.* A   **914** ducendi: -ndo EST; *def.* A   **921** cor-
relaria (A; -rie S): correlativa B; *varie abbreviant cett.*   **922-3** *cf. l.* 1072   **924**
notes eam diligenter: ideo d. est notanda ESTA   dicit igitur: d. ergo VT; unde
d. HB   **925** sic: quod *add.* VHB   **926** velis: velit aliquis (a.v. A) ESTA

etc., id est, si velis multiplicare unum digitum per alium, quorum unus est maior alio, tunc videndum est, per quot unitates maior digitus distet a 10 inclusive; et totiens debet minor subtrahi ab illo articulo, qui ab ipso minori digito denominatur. Verbi gratia, si velis
930 multiplicare 8 per 4, vide per quot unitates 8 a 10 distet inclusive, et constat quod per duas unitates: ergo totiens, id est bis, subtrahas 4 de 40; cum igitur bis 4 sint 8, si 8 subtraxeris de 40, remanent 32, quod est intentum, quia quater 8 sunt 32. – Exponas litteram sic: *Quando digitus multiplicat digitum,* id est quando per digitum oportet multipli-
935 care digitum, altero – supple – maiore existente et altero minore, *subtrahendus est minor digitus ab articulo suae denominationis,* id est ab articulo qui denominatur ab illo digito, *per differentiam maioris digiti ad denarium,* id est totiens vel tot vicibus, per quot unitates maior digitus distat a denario, *denario simul computato,* id est inclusive, vel annume-
940 rando etiam denarium; et subdit idem exemplum quod iam induxi. – Notandum quod auctor non facit mentionem de multiplicatione digiti eiusdem in eundem, sed solum loquitur de talibus quorum unus est maior et alter minor. Esto igitur quod tu velis multiplicare eundem per se vel in se, quod idem est, verbi gratia 8 per 8; tunc,
945 quia idem est iudicium de utroque, per quot unitates 8 distat a 10 inclusive, totiens subtrahas 8 de 80; et patet, quid ulterius faciendum est, per ea quae prius dicta sunt. – Item nota virtutem et significatum illius quod dixit: *per differentiam maioris ad denarium.* Differentia duorum numerorum est id in quo maior excedit minorem: verbi
950 gratia, quia denarius excedit 8 in duobus, ideo dicimus duo esse differentiam 8 ad denarium. Et ideo credo vere quod non oportebit addere *denario simul computato,* immo credo quod haec sit glosa inserta textui ex pravo intellectu illius "differentiae" minoris numeri ad

---

927 quot: quod ESA; quos T   **928** digitus: numerus A; *om.* VHB   distet: differet A; distat VHB   10: VHB; x E; decem S   **930** 8 a 10 (V; decem HBS; x E) distet: 8 distat a 10 V; distat 8 a decem HB; *def.* A   **932** sint: sit V; sunt S; *def.* A   subtraxeris: subtrahas HBS; *def.* A   **935** supple: supp() ET; sup() H; s(cilicet) B; s(em)p(er) S; *def.* A   **939** id est: vel S; *om.* C; *def.* A   **940** induxi: induxisti V; induxit S; dixi T; *def.* A   **941** auctor non facit: a.n.f. hic ET; hic a.n.f. S   **944** vel in se: *om.* C; vel ⟨ducere⟩ in se *Cu*   **945** 8: 4 HB   distat: distant ST; distent A   10: VC; x E; decem S   **948** quod dixit: q. dicit SA; q. dicit scilicet HB   **949** id: illud C; hic illud A; idem T

maiorem. – Item nota quod, licet haec regula sit generalis ad omnes
955 digitos, in parvis tamen digitis non est per eam laborandum, quia, si
debeas multiplicare 3 per 3 vel 3 per 4, quilibet rudis statim sciret
quantum provenit.

Et tunc, omissis quinque regulis sequentibus, vadas ad locum illum
Si velis igitur (*93*), in qua dat auctor modum operandi, et facit duo:
960 primo enim docet ordinare figuras numerorum, quorum unum
oportet in alium ducere, et secundo (*94*) exsequitur, cum dicit *quo
facto etc.*; patet autem pars prima (*93*) secundum litteram. Sed
exemplum accipiatur sic: esto quod numerum istum scilicet 987 velis
multiplicare per istum 654; tunc hoc ordine stabunt figurae 654^{987}. –
965 **Quo facto** (*94*): exsequitur; et quia omnes figurae numeri multipli-
cantis debent duci in quamlibet figuram numeri multiplicandi, ideo
docet primo ducere omnes figuras numeri multiplicantis in ulti-
mam numeri multiplicandi; et secundo (*101*) docet ducere omnes
easdem figuras numeri multiplicantis in paenultimam numeri multi-
970 plicandi et in consequenter se habentes, cum dicit *Hoc autem facto*;
tertio (*106*) subdit quasdam cautelas hic observandas in operando, ibi
Si autem contingat. Adhuc circa primam partem (*94*) duo facit, quia
primo docet ducere ultimam figuram numeri multiplicantis in
ultimam multiplicandi, et secundo (*98*) alias consequenter se
975 habentes numeri multiplicantis in eandem ultimam multiplicandi;
secunda ibi *Hoc facto*. Adhuc primo (*94*) facit duo: primo enim ponit
casus provenientes ex ductu ultimae in ultimam, et secundo (*95*)
iuxta quemlibet casum docet operari, cum dicit *Si digitus*; prima pars
(*94*) patet. **Si digitus** (*95*): docet, quid in unoquoque casuum sit

---

955 digitos: numeros d. VE; numeros et (*om.* & *ins.* T) d. STA; d. numerales
HB   si debeas: si debes VA; debeas HBS; sebeas (!) C   **956** 3 per 3: tria per
tria ES   quilibet rudis statim: s.q. (etiam *add.* C) r. VCHB; q. per se s.
Ap.c.   sciret: sciet VA, *Cu*   **959** qua (*sc.* 'parte'): quo CS   **960** docet: d.
ordinem (o.d. T) figurarum sive EST   **961** alium: alterum VSA   **962** patet
autem pars (*om.* HB) prima: prima pars (*om.* A) patet ESTA   secundum (sed V)
litteram: in littera E; per litteram T; *om.* A   **963** exemplum accipiatur sic: a.e.s.
V; e.s.a. sicut E   **968** omnes easdem figuras: o.f. CT; e.o.f. E; o.f.e. (eiusdem B)
HB; o. alias A   **972** quia primo: primo VCA; primo enim HB   **973** docet
ducere: docet E; ducit VCHB   **974** ultimam: figuram numeri *add.* ES; numeri
add. HB   **978** casum: casuum ET   digitus: etc. *add.* VS   **978-9** prima

980 agendum, et haec pars habet tres partes iuxta numerum trium ca-
suum; secundum (96) ponit ibi **si articulus**, tertium (97) ibi **si
numerus compositus**; et patebunt partes, cum dedero exemplum
de modo operandi. – **Hoc facto** (98): docet ducere omnes alias a
prima figura numeri multiplicantis in eandem ultimam numeri
985 multiplicandi, et facit duo: primo enim dicit eundem modum esse in
ducendo omnes ab ultima numeri multiplicantis in eandem ultimam
multiplicandi usque ad primam numeri multiplicantis, et secundo
(99) docet, quomodo ducenda sit prima numeri multiplicantis in
eandem ultimam numeri multiplicandi; secunda pars ibi **quae
990 ducenda est**. Prima pars (98) patebit in exemplo. In secunda (99)
facit duo, quia primo ponit casus provenientes ex ductu primae
figurae numeri multiplicantis in ultimam multiplicandi, et patet, et
secundo (100) iuxta casus istos docet operari, cum dicit **Si digitus**; et
patebit exemplificando. – **Hoc autem facto** (101): postquam docuit
995 ducere omnes figuras numeri multiplicantis in ultimam numeri
multiplicandi, docet consequenter ducere omnes easdem numeri
multiplicantis in paenultimam numeri multiplicandi |et in omnes
alias consequenter se habentes, et facit duo: primo enim docet ducere
omnes figuras numeri multiplicantis in paenultimam numeri multi-
1000 plicandi,| et secundo (105) docet ducere omnes easdem numeri
multiplicantis in omnes alias ab ultima et paenultima numeri
multiplicandi; secunda ibi *Deinde ut prius*. Adhuc prima pars (101)
potest dividi in duas partes, quia primo docet ducere ultimam
numeri multiplicantis, et secundo (104) alias, in paenultimam multi-
1005 plicandi; secunda ibi *Similiter quaelibet figura*. Adhuc circa primum
(101) duo facit: primo (102) praemittit casus provenientes ex ductione
ultimae multiplicantis in paenultimam multiplicandi, et secundo

---

--digitus: *om.* C, V (*qui similia inserit*)   **979** casuum: casu VS   **981** secundum
ponit ibi: s. ibi E; s-da ibi A   tertium ibi: t. HB; tertia ibi EA   **983** facto: etc.
add. VC   **984** ultimam: E, *Cu*; figuram C; *om. cett.*   **986** ultimam (-ma HB):
numeri *add.* VT; *def.* E, A   **989** pars: p. est S; *om.* ET; *def.* C, A   **994**
exemplificando: in ex. E; in exemplo HB; *def.* A   **997-1001** in paenultimam--
multiplicantis: *om.* CHB; *def.* A   **997-9.**et in omnes--multiplicandi: *om.* VS; *def.*
CHB, A   **997-8** et in omnes--habentes: ED; *om.* T; *def.* VS, CHB, A   **998**
enim: ED; *om.* T; *def. cett.*   **1000** easdem (eiusdem T; alias A): figuras *add.* S; *def.*
CHB

1003 duas partes: p.d. S; duas (d() ETA) CETA; [[tres]] p.d. D   **1008** exse-

(*103*) exsequitur modum operandi iuxta quemlibet illorum casuum, cum dicit **Si digitus**; et patent ambae partes. –**Similiter quaelibet**
1010 **figura** (*104*): docet ducere omnes alias ab ultima numeri multiplicantis in eandem paenultimam numeri multiplicandi, et patet in littera. – **Deinde ut prius** (*105*): docet, quid agendum est in ductione omnium figurarum numeri multiplicantis in omnes figuras alias ab ultima et paenultima numeri multiplicandi; et dicit quod eodem
1015 modo faciendum est, sicut modo factum est circa ultimam et paenultimam, quia *non est cessandum ab anterioratione* figurarum numeri multiplicantis, *nec cessandum est a ductu* omnium figurarum numeri multiplicantis in illam sub qua est prima multiplicantis, *donec quaelibet figura numeri multiplicantis ducatur in quamlibet figuram numeri multiplicandi.*
1020 – **Si autem contingat** (*106*): postquam docuit, qualiter est hic operandum, subdit consequenter quasdam cautelas hic observandas, et sunt quinque; secunda (*107*) ibi **Si autem occurrat cifra**, tertia (*108*) ibi **Sed si sit spatium**, quarta (*109*) ibi **Si autem cifra**, quinta (*110*) ibi **Ex praedictis etiam patet**; et cautelae omnes istae
1025 videbuntur in exemplificando. – **Sciendum est autem** (*111*): ponit quoddam notabile, quod spectat ad bene esse huius artis quantum ad hanc speciem et divisionem et radicum extractionem, et patebit in exemplo.

Utaris igitur hoc exemplo in operando iuxta quemlibet casuum
1030 incidentium in hac specie. Sit numerus, quem velis multiplicare, iste 45060, et numerus multiplicans, scilicet per quem velis illum alium multiplicare, sit iste 2030. Ordinabis igitur figuras, ut stent isto modo 2030^{45060}. Duc igitur ultimam in ultimam, scilicet 2 in 4, sic dicendo: bis 4, et resultat digitus, quem ponas supra caput ipsius 2 in ordine

quitur modum: prosequitur de modo HB   **1011** in littera: l. VCHBA
1017 cessandum est: est c. C;· *def.* V,T,A   numeri: *om.* C; *def.* V,T,A
1019 numeri$_1$ mult.: m.n. E; m. C; *def.* A   **1020** est hic: h.e. E; hinc e. C; *def.*
A   **1022** occurrat: occurrit E; *om.* V   cifra: 0 STA; *om.* C; *def.* V   **1023**
sit: *om.* VCHB   **1024** cautelae omnes istae (illae V) videbuntur: c.i.o.v. VHB;
o.i.c.v. S; o.c.v. A; patebunt o.i. C   **1025** in exemplificando: in exemplo HBS
1029 casuum: casum VD   **1030** iste: ille VSD; *post* numerus *supra habet* A
1031-2 et numerus--2030: *om.* & *ins.* E (=E$_2$)   **1031** scilicet: s. ille S; id est
numerus T; *om.* E$_2$; *def.* A, C   illum: *om.* E$_2$ T; *def.* A, C   **1032** iste: ille VS;
n.l. E$_2$ ut stent: et stent ST; [[ut in]] A; *om.* C   isto: illo EV; hoc C   **1033**
duc: ducas (-cat A*a.c.*) ESTA   **1034** supra: super ECS   2: 4 C; binarii E; 2^{ii}.

1035 numeri multiplicandi sicut hic: $^{8}_{2030}{}^{45060}$. Quo facto, quia non valet
ducere paenultimam in ultimam, cum ipsa paenultima sit 0, ideo
super caput eius pone 0 iuxta tertiam cautelam (*108*) sic $^{80\ 45060}_{2030}$.
Deinde ducas 3 in 4, et resultat numerus compositus, scilicet 12;
ponas igitur 2 supra 3, et articulum loco 0 versus sinistram, sic
1040 $^{81245060}_{2030}$. Deinde ducas primam numeri multiplicantis in ultimam
numeri multiplicandi, et quia illa prima est 0, deleas superiorem,
scilicet 4, et ponas ibi 0 iuxta primam cautelam (*106*), et stabunt
figurae sic $^{81205060}_{2030}$. Quo facto anteriorandae sunt figurae numeri
multiplicantis per locum unum, et stabunt post anteriorationem
1045 isto modo ordinatae $^{81205060}_{2030}$. Quo facto ducas iterum omnes figuras
numeri multiplicantis in illam figuram sub qua est prima numeri
multiplicantis, scilicet in 5, et quidquid excreverit addas ad figuras
suprapositas. Duc ergo ultimam numeri multiplicantis in illam sub
qua est prima numeri multiplicantis, scilicet 2 in 5, et provenit
1050 articulus, scilicet denarius; et quia figura significativa est supra duo,
non oportet ibi ponere 0, cum 0 non ponatur alicubi nisi ut locus
occupetur; ideo illum articulum addas ad 8 versus sinistram. Quo
facto, quia proxima figura numeri multiplicantis est 0, praetermit-
tatur intacta, sicut dixit cautela secunda (*107*); de residuis autem,
1055 scilicet de 3 et 0, numeri multiplicantis fac ut prius. Et stabunt
figurae istae hoc modo ordinatae et superius et inferius $^{91350060}_{2030}$. Hoc
facto iterum anteriorandae sunt figurae numeri multiplicantis per
unum locum; et quia figura proxima illi, sub qua est prima numeri
multiplicantis, est 0, non oportet sub eam anteriorare, et ideo anterio-
1060 randae sunt figurae numeri multiplicantis per duo loca, sicut dixit

Ap.c.   **1035** sicut hic: sic hic V; sic C   **1037** sic: isto (illo A) modo (sive
ordine *add.* ET) ESTA   **1039** supra: super SA; *om.* C   **1043** sic: sic ordi-
natae etc. S; hoc modo ordinatae VHB   **1045** isto modo ordinatae: ET; sic V;
sic etc. S; hoc modo B; *vacat* C; *om.* H; *def.* A   **1046** qua est: alia 2 C; *def.* V,
A   numeri₂: *om.* C; *def.* V, A   **1047** in: *om.* VC; *def.* A   **1048** numeri
multiplicantis: m.n. V; multiplicantem C; *def.* A   **1049** 2: 3 C; duo E; *om.* T; *def.*
A   **1050** denarius: E; 10 VS; x C   duo: VCE; 2 S

   1051 oportet ibi (*om.* ST) ponere: debet poni ibi V; *def.* A   0₁: VS; cifram E;
0ᵃᵐ C   **1052** addas: addat E; adde C; *def.* A   **1055** 0: 6 S; cifra EHB; *def.*
A   **1056** istae (et *add.* C) hoc modo ord.: illo m.o. E; o. isto m. S; isto ordine T;
def. A   et superius: s. CET; et inferius HB; *def.* A   hoc₂ (ho C): et hoc VET;
quo HBS; *def.* A   **1058** unum: novum C; unam differentiam vel V; *def.*

cautela quarta (*109*). Facta autem anterioratione stabunt figurae sic $\frac{91350060}{2030}$. Deinde ducas iterum omnes figuras numeri multiplicantis in 6, sub quo est prima numeri multiplicantis, et per omnia fac ut prius; et erunt figurae sic stantes post anteriorationem illam: $\frac{91471800}{2030}$. Hoc

1065 facto non oportet ulterius anteriorare, quia prima figura numeri multiplicandi est 0, sicut docuit cautela quinta et ultima (*110*). – Sed inter istos duos numeros, scilicet multiplicandum et multiplicantem, *posset relinqui spatium,* ut dixit notabile in fine capituli positum (*111*), *ut ibi poneretur illud quod provenit* ex ductu figurae in figuram: tunc enim

1070 non errabitur de facili, et ideo hoc notabile est de bene esse huius artis.

His expeditis resumas regulas prius dimissas, ibi **Quando vero articulus** (*88*). Et est regula prima inter has quinque quod *si digitus multiplicat articulum, ducendus est digitus ille in digitum articuli etc.* Verbi

1075 gratia, sit digitus 9 et articulus 60. Duc ergo 9 in 6, et proveniunt 54; et constat quod, ratione cifrae praecedentis senarium, quaelibet unitas in 4 valet 10 et quilibet denarius in 50 valet centum; novies enim 60 valent 540. – **Quando digitus** (*89*): secunda regula est haec: *Si digitus multiplicat numerum compositum, ducendus est digitus ille in*

1080 *utramque partem numeri compositi etc.* Verbi gratia, si multiplicare velis 99 per 9, tunc ducas primo digitum illum, 9 scilicet, in 9, qui est articulus numeri compositi, et proveniunt 81, et stabunt figurae sic *819.* Deinde ducas eundem digitum, scilicet 9, in digitum numeri compositi, et proveniunt etiam 81; addas igitur 8, scilicet articulum

1085 illum, ad unitatem quae erat digitus numeri qui primo provenit, et unitatem, quae est digitus iam proveniens, ponas loco 9; et stabunt

A   illi: illa CST; *def.* A   **1062** deinde ducas iterum: iterum ducas C; deinde ducat it. (*om.* T) ET; *alia* HB; *def.* A   **1064** stantes: ordinatae E; *alia* C; *def.* A   hoc facto: h. autem f. ST; et tunc f. A; quo f. CHB; quo(modo) V   **1065** prima figura (et H; *om.* B) numeri: f.p.n. E; p. CA   **1067** duos numeros: n.d. VHB; n. EA; duos mo(do)s C   m-dum et m-tem (-te H): m-tem et m-dum (-dos C) ECTA   **1072** quando: cum E; quomodo C   vero articulus: *omnes*; digitus *codd. algorismi,* Cu   **1075** proveniunt: -ient CA; -iet V   **1076** cifrae: VE; 0 CS   senarium: VE; 6 S; *om.* C   **1077** 4: 4ᵒʳ C; quaternario V   10: x ES   **1078** enim: *omnes*; ergo Cu   est haec: huius est (quod *add.* T) ESTA   **1081** ducas: duc(it) C; *def.* V   **1082** proveniunt: -ient HB; -iet V   **1083** scilicet: *om.* VCHB; *def.* T   digitum numeri: numerum digiti A; ut credo d.n. A(*mg.*); *def.* T   **1084** proveniunt: -ient VHSA; -iet B; *def.* T   **1085** unitatem quae: 1 quae CT; 1 qui HBSA   **1086** unitatem quae: unitas quae VCE; 1 quae ST; 1

figurae sic *891,* et totum illud patet per ea quae habita sunt in operatione. Sed nota quod, cum auctor dicit quod *digitus* ille debet *duci in utramque partem numeri compositi et producta* debent *coniungi,* hoc

1090 sic fiet, quia ultima figura numeri, qui provenit ex ductu digiti in digitum, debet addi ad primam figuram numeri, qui provenit ex ductu digiti in digitum articuli, sicut evidens est in exemplo. –

Quando articulus *(90):* tertia regula: verbi gratia, sint articuli 90 et 60. Duc ergo 9 in 6, figuris ordinatis sicut debent et dictum est

1095 supra, hoc modo $\overset{60}{90}$. Ex ductu igitur 9 in 6, vel e converso, proveniunt 54; ergo per ea, quae supra dicta sunt, 4 debent poni supra 9, et 5 sinistrari. Deinde debet deleri 6 et loco eius poni 0, sicut dictum est in cautela prima *(106),* et stabunt figurae sic $\overset{5400}{90}$. Constat igitur *(90) quamlibet unitatem valere centum et quemlibet denarium mille;*

1100 vides igitur totum istud correlarie sequi ex praedictis, quibus visis patent regulae sequentes *(91-2).*

Utrum autem bene operatus sis vel non, sic invenies: multiplices probam numeri multiplicantis in probam numeri multiplicandi; tunc, si proba numeri provenientis est aequalis probae primo producti,

1105 bene operatus es; sin autem, erratum est. Verbi gratia, numerus primo multiplicandus erat iste 45060, cuius proba est 6; numerus vero multiplicans erat iste 2030, cuius proba est 5; duc ergo 5 in 6, et provenient 30, cuius proba est 3. Videas igitur si proba numeri, qui provenit ex ductu numeri multiplicantis primo in numerum multipli-

1110 candum primo, sit etiam 3; et constat quod sic, quia erat iste

qui HBA   iam (secundo A) proveniens: iam provenientis C; ideo proventis ST; numeri provenientis *Cu*   ponas: *Cu;* addas *omnes*   **1087** illud: istud CHBS habita sunt: s.h. S; dicta sunt sive h. ET   **1088** ille: iste ST, E *(ins.)* **1089** producta: producto ES; pro·8· T   hoc: hoc *vel* hic EV; hic HB; *om.* C **1091** digitum: articuli *add. omnes*   **1091-2** debet--numeri--articuli: numeri--articuli *om.* C; *om.* TA; *om.* & *ins.* E   **1092** evidens est in: *Cu;* patet in CD; ev. est sine *cett.*   **1093** tertia regula: t.r. est ista (illa A) STA; r.t. est E; *alia* HB **1096** proveniunt: -ient EHB; *om.* V   debent: debet VHB   **1097** debet: debent EA, T?   **1098** *(tabula):* 5400 VCHB; $\overset{5400}{90}$ ES; *turbant* A, T   **1099** igitur: etiam STA; *om.* E   **1100** totum istud: t. illud ETA; aliud totum C   correlarie: CS; correlative HB; *varie cett.*

1104 probae: numeri *add.* CA   primo: primi VHB; primae ST; iam C **1105** bene operatus es (est C): b.e.o. C; e.b.o. V   sin autem: si autem ET; si non C   **1106** erat: erit V; est C   **1108** provenient: -iunt CST   **1110**

91471800; sic de illo. Unde illud est valde utile in aequationibus, cum oporteat aliquos numeros magnos in se ducere, quia, si probae concordent, non oportebit reiterationem facere, sicut est consuetum fieri cum aliquis diffidat sibi ipsi, timens se errasse. Et si dicas quod
1115 consequentia haec non tenet gratia formae, scilicet quod si probae concordent bene factum est, quia oppositum consequentis stat cum antecedente in casu ut si aliquis praecise, vel voluntarie vel oblivione, transeat 9 vel eum quocumque modo omittat, scilicet vel addendum non addit vel non addendum addit: tunc enim ad istud repellen-
1120 dum, ne etiam detur occasio posse errare, sumas probam per 9, sicut dictum est, et similiter per 8, et si in utraque concordaverit, non est possibile errasse.

Divisio est etc. (*112*): haec est species septima |huius artis, et dividitur ista pars in duas partes: primo enim auctor| definit
1125 divisionem, et secundo (*113*) de ea exsequitur, ibi *Notandum igitur.* Primo enim (*112*) vult dicere quod, si proponantur duo numeri, quorum unum oportet per alium dividere, tunc *divisio est distributio numeri maioris in tot partes, quot unitates sunt in minori.* Verbi gratia, si velis dividere 24 per 4, tunc in tot partes oportet dividere 24, quot
1130 unitates sunt in 4; et quia 4 unitates sunt in 4, ideo in qualibet parte de 24 erunt 6, quia 6 sunt 4 vicibus in 24. Et valet haec species quia.

sit etiam 3: sicut est (·3·T) 3 STA   iste: ille V; *om.* STA   **1111** sic de illo (isto CD): *om.* V; *exp.* A   **1112** aliquos: alios T; a(lio)s ECA   **1116** factum est: e.f. VSTA   oppositum: oppositio ESA   **1117** si: *om.* ESTA; *def.* V   **1118** eum: cum SA; causam T; *om.* E   omittat: omittit V; dimittat C   **1119** addit₁: addat ESA; *def.* T   addit₂: addat ESTA   istud: istum E; illud CTA   repellendum: refellendum D; replendum TA   **1120** sumas: -as *vel* -at C; -at ST   **1121** concordaverit: -rint HB   errasse: ⟨te⟩ e. *Cu*   **1123-4** huius--auctor: in qua auctor duo facit (a.f.d. C; f.a.d. HBD) primo enim VCHBD   **1123** et: *om.* T; *alia* VCHB   **1124** ista--auctor: in d(uas) primo A; *alia* VCHB   ista: illa T; *alia* VCHB, A   partes: *om.* S; *alia* VCHB, A   auctor: *om.* T; *alia* VCHB, A   **1125** ibi: secunda ibi ST; cum dicit VHB   **1126** enim: ergo C; igitur VHB; *alia* T   proponantur: p()pon- V; pon- C; praepon- S; proportionantur E; ponerentur A; *alia* T   **1127** oportet: oporteat VH; debeat C; *alia* T   alium: alterum VCA; *alia* T   dividere: dividi C; *alia* T   **1128** numeri: *om.* VCHB   **1129** oportet: oportebit VHB; *def.* C   24: [[duo]] 4 E; 4 Aa.c.; *def.* C   **1131**

si rex aliquis deputet 9876 libras Parisiensium 543 militibus ituris in expeditionem, ita quod haec summa aequaliter inter eos dividatur, quantum cuilibet de tanta summa contingat, scitur per speciem istam
1135 quae est divisio.

    Notandum igitur (*113*): exsequitur de divisione, et facit quattuor: primo enim praemittit, quot numeri sunt necessarii in divisione, secundo (*117*) exsequitur de modo operandi, et tertio (*122*) subdit finem et utilitatem huius speciei, et quarto (*123*) docet examinare si
1140 erratum est vel non; secunda (*117*) ibi *His itaque,* tertia (*122*) ibi *Si velis scire,* quarta (*123*) ibi *Cum itaque.* Circa primum (*113*) tria facit: primo enim proponit, quot numeri sunt hic necessarii, et secundo (*114*) condiciones eorum subiungit, et tertio (*115*) de ordine et situatione eorum determinat; secunda (*114*) ibi *Numerus autem,* tertia (*115*) ibi *Si*
1145 *velis igitur.* – Quantum ad primam partem (*113*) supponatur de dictis numeris, quid sit eorum officium, usque exemplificetur. – Circa secundam partem (*114*) est sciendum, sicut dicit auctor, quod *numerus dividendus semper debet esse maior numero divisore, vel saltem aequalis ei, si divisio debet fieri per integra:* hoc autem dicit quia, si 4 debeant dividi
1150 inter 8, tunc cuilibet de illis 8 continget unum dimidium de illis 4; si etiam tot sunt unitates in numero divisore, quot sunt in dividendo, planum est quod cuilibet contingit unum de illis tantum. – **Si velis igitur** (*115*): hic determinat de ordine et situatione numerorum, scilicet dividendi et divisoris, et facit duo: primo enim facit hoc, et
1155 secundo (*116*) subdit quosdam casus situationem hanc impedientes,

---

de 24: 24 T; 20 S; id est 4 A; *def.* C   **1132** Parisiensium (-ien() AC; -iencium S): VCSA; p(ar)ien. E; *varie cett.*   **1134** contingat: -get HBA; -geret S; *alia* C   scitur: scietur HB; *om.* V; *alia* C   **1137** quot: quod ES, Aa.c.   sunt: sint T; sit V; sunt hic CHB   in divisione: *om.* VCHB   **1139** et₂: *om.* CEA **1140** est: sit VA; *om.* C   secunda ibi: s. pars incipit ibi ST; et incipit s. pars ibi VHB   **1141** circa primum: adhuc primo E; adhuc c.p. ST   **1142** sunt hic: h.s. S; sunt E; sint hic VT; sint A   et secundo: sec. CETA   **1143** et tertio: t. CETA   **1144** autem: dividendus *add.* VHB; d(icitu)r *add.* C   **1146** usque: quouseus V; usque quo D; usque quod HB; donec T   **1147** est sciendum: s.e. SHB; s. VC   **1148** numero: *om.* V; *def.* C   **1149** debet: debeat VHB debeant: debent ESTA   **1150** continget: -git CHBT
    1151 sunt unitates: u. sint A; sunt VHB; sicut (!) C   **1152** contingit: -get HBSA   de illis: *om.* VCHB   **1153** hic: *om.* ESTA   **1154** et₃: *om.* CETA **1155** situationem hanc: h.s. C; situs (situm A) huiusmodi (huius STA) ESTA

cum dicit *Sunt enim duae causae.* – Exemplum ad primam partem
(115): sit numerus, quem velis dividere, iste 9876, et numerus, per
quem velis istum dividere, sit iste 543. Ponas igitur ultimam sub
ultima |et paenultimam sub paenultima| etc., hoc modo $\frac{9876}{543}$. Et dicit
1160 auctor quod locanda est *ultima sub ultima,* sicut hic factum est, *si hoc
competenter fieri potest*; et quia hoc non semper est possibile, ideo
consequenter *(116)* subdit auctor casus, in quibus impedimentum
accidit ne hoc fieri possit, cum dicit **Sunt enim duae causae.** Dicit
igitur quod *duae sunt causae,* scilicet *quare ultima* numeri divisoris *sub*
1165 *ultima numeri dividendi locari non potest*: una causa est, si ultima divisoris
est maior quam ultima dividendi, verbi gratia, si velis dividere 654
per 99; alia causa est, *si ultima* numeri divisoris *possit aliquotiens subtrahi*
ab ultima numeri dividendi, *sed aliae* numeri divisoris *non possunt
totiens subtrahi a sibi suprapositis,* verbi gratia, si velis dividere 654 per 69
1170 vel etiam 6254 per 629.

His itaque *(117)*: exsequitur de modo operandi, et facit duo:
primo enim praemittit quoddam praeambulum in tota hac specie
observandum, et secundo *(118)* iuxta illud praeambulum operatur,
cum dicit *Viso igitur.* In prima parte *(117)* intendit dicere quod
1175 dispositis figuris *incipiendum est operari ab ultima figura numeri divisoris, et
videndum est, quotiens illa subtrahi poterit a figura sibi supraposita, ut et totiens
subtrahantur reliquae* figurae numeri divisoris *a sibi suprapositis et a
residuo, si quid fuerit residuum* versus sinistram; et subdit quod *non con-
tingit pluries subtrahere quam novies nec minus quam semel.* – Hic sciendum

---

1157 iste: *om.* VSA; *ante* quem *habet* E   numerus₂: *om.* C; *def.* T   per quem
velis istum (istam H, ipsum V) dividere: dividens C; divisor A; divisor sive
(numerus *add.* E *(ins.)*) p.q.v.i.d. ES; *def.* T   **1159** et paenultimam sub paenultima
(qua *add.* A *(ins.)*): et paenultima T; *om.* VCHB   etc.: *om.* CS   **1161** hoc non
(nec A) semper est: h.s.n.e. ET; n.s.e.h. V; *def.* C   **1163** cum dicit: ibi A; et ideo
d. VCHB   dicit igitur (autem S; ergo T): et ideo dicit auctor V; unde dicit auctor
HB; *def.* C, A   **1164** scilicet: *om.* CET; *def.* A   numeri: aliquando ST; *om.*
CHB; *def.* A   divisoris: non erit *add.* EST; *def.* A   **1165** locari (collocari HB)
non potest: non possit locari C; *om.* ES; *alia* T; *def.* A   **1166** dividendi (divisoris
V): numeri d. ES; *alia* T; *def.* A   **1167** 99: tunc 9 de (per Ap.c.) 6 dividere (dividi
T) non potes (possunt T) *add.* ETA; tunc 9 de 6 non potest dividere *add.* S; et maior
de minori su(m)i non potest *ins.* H   alia causa: secunda c. C; altera VHB
1168 possunt: possint V; possent CA   **1173** et: *om.* CETA   **1177** subtra-
hantur: VCHBD; subtrahi possint (-sent E) EST; *def.* A   **1178** quid: aliquid CT;
def. A   fuerit residuum: r.f. T; f. VCHB; *def.* A   **1179** subtrahere: subtrahi

1180 est quod, quidquid est directe supra aliquam figuram et ab eadem in
superiori versus sinistram, dicitur esse supra inferiorem, et a toto
debet fieri subtractio; quod autem est versus sinistram, vocat auctor
residuum. Item nota, quare non contingit pluries subtrahere quam
novies nec minus quam semel: causa huius est quia, quotiens fit sub-
1185 tractio, hoc significabit figura in numero quotiens, sicut statim
dicetur; et nulla est figura quae plus significet quam 9, et nulla quae
minus quam unitatem, ideo et cetera.

Viso igitur (118): docet iuxta hoc praeambulum operari; et est
intellegendum quod, quia, quotiens poterit ultima subtrahi de
1190 ultima, totiens et quaelibet alia de sibi supraposita, ponenda est
quaedam figura supra numerum dividendum significans quotiens
inferiores de superioribus subtrahi possint; et ideo figura illa et
omnes illius tertii ordinis quotiens vocantur. Facit igitur auctor duo:
primo enim (118) docet invenire quotiens primum et iuxta ipsum
1195 operari, et secundo (119) alia et iuxta ea operari, cum dicit Hoc autem
facto. – Dicit igitur primo (118): cum tu videris, quotiens figurae inferioris
ordinis possint subtrahi a superioribus, scribatur numerus seu figura denotans,
quotiens illa subtractio est possibilis; scribatur, inquam, directe supra illam
figuram, sub qua est prima figura numeri divisoris seu ordinis inferioris; et
1200 per illam figuram subtrahendae sunt omnes figurae inferioris ordinis a suis
superioribus. Verbi gratia, esto quod numerus dividendus sit iste qui
supra 9876, et numerus, per quem velis eum dividere, sit ille ut supra
543. Situentur igitur hoc modo $\overset{9876}{543}$. Videas igitur, quotiens poteris 5

EST; *def.* A   **1180** directe (-ctum C): ducere E   in: T; *om. cett.*   **1181**
supra: fi(gura) C; *def.* V   **1182** autem: *om.* C; *def.* V   **1183** item: D; *latet* E;
ideo *cett.*   **1185** in numero: numeri denotans D; *om.* V; *def.* C   **1186** et
nulla quae (*om.* E): nec VHB; *def.* C   **1187** ụnitatem: unum ES; unitas A; 1 T;
semel sive uno D   ideo: ergo T; *om.* ES; *def.* AD   **1188** igitur: quotiens *add.*
VSD   **1189** quod (quoque A) quia: quod HBD; quia T; *om.* C   **1190** ulti-
ma: quod *add.* B, H (*ins.*)   alia: poterit *ins.* H   supraposita: poterit (*om.* H,
v.s.) et ideo ad hoc denotandum *add.* B, H (*ins.*)   **1192** possint et: possunt
VHBT; possunt et D   **1193** illius: illae E; a(lii?) T; *om.* CA   facit igitur
auctor duo: d.i.a.f. ESTA   **1196** igitur: ergo CT; *om.* VHBS; *def.* A   **1197**
possint: possit C; possunt VD; *def.* A   a: de suis D   **1198** possibilis: quo-
tiens *add.* S; c(um) *add.* V; alia T; *def.* A
    1201 iste: ille VSTA   qui (a S; *om.* T) supra: qui est supra C; qui supra fuerit
HB; *om.* A   **1202** ille: iste HBST; *alia* C   ut supra: ut infra ST; scilicet E; *om.*
A; *alia* C   **1203** igitur (ergo S; *om.* A) hoc (isto ST; illo A) modo: igitur numeri

de 9 subtrahere, et constat quod semel, et alias similiter de suis
1205 superioribus. In signum igitur huius quod semel hoc poteris, ponas
unitatem supra 7, quia sub ea est prima figura divisoris, et stabunt
figurae isto modo $\overset{\text{\tiny 1}}{\underset{543}{9876}}$. Quo facto per unitatem illam subtrahas
omnes figuras inferioris ordinis a superioribus, ducendo eam in
quamlibet inferioris ordinis per modum multiplicationis, sic dicendo:
1210 semel 5 sunt 5, quae tollas de 9, et remanent 4; iterum semel 4 sunt
4, quae tollas de 8, et remanent 4; iterum semel 3 sunt 3, quae demas
de 7, et remanent 4. Et stabunt figurae sic post subtractionem $\overset{\text{\tiny 1}}{\underset{543}{4446}}$.

Hoc autem facto (*119*): docet invenire quotiens alia a primo, et
facit duo: primo enim innuit eodem modo esse faciendum post
1215 anteriorationem figurarum primam, et secundo (*121*) docet, quamdiu
invenienda sunt quotiens et quamdiu sit anteriorandum, cum dicit
Nec cessandum. Primo (*119*) adhuc duo facit: primo enim facit quod
dictum est, secundo (*120*) dat quandam cautelam hic observandam,
ibi *Si autem contingat.* – Dicit primo (*119*) quod *hoc facto,* id est invento
1220 quotiens primo et facta per ipsum subtractione omnium figurarum
inferiorum de superioribus, *anteriorandae sunt figurae numeri divisoris per
unam differentiam, et negotiandum est ut prius.* Verbi gratia, invento primo
• quotiens et facta per ipsum subtractione omnium figurarum inferio-
rum a superioribus, stabunt figurae sic $\overset{\text{\tiny 1}}{\underset{543}{4446}}$. Anteriores igitur inferio-

---

sic C; igitur ut prius sic (sicut positi sunt V) VHB   **1204** subtrahere: ut aliae
totiens etiam possint a suis superioribus subtrahi *add.* SA; *def.* T   **1204-5** et
alias--superioribus: *om.* S; *def.* A, T   **1204** et alias: alias E; et aliae V; *def.* STA
1205 superioribus: inferioribus C; *def.* STA   **1207** isto modo: illo modo V; sic
CA; *def.* T   **1208** figuras: alias TA; alias f. S; f. illas B   **1212** remanent₂:
-ebunt C; *def.* V, A   sic post subtractionem: post talem (*om.* T) subtractionem
isto modo ST; sic ad ultimum A; sic C   **1213** autem: *om.* CETA   quotiens:
quo cu(m) V; *om.* E; *alia* HB   alia: aliud C   primo: prima STA; p() V; *alia*
HB   **1214** eodem modo: EVD; idem CHBSA; hoc T   faciendum: omnino
add. SA   **1215** primam: primarum C; a prima STA; «sicut factum est ad» pri-
mam H; sicut factum est ad primam B   et secundo: s. ECA   **1216** inve-
nienda sunt: inv-dus est numerus C; sit utendum STA   **1217** primo adhuc
--enim: a.p. (d(uo) *add.* T) ST; adhuc prima in d(uas) primo A; adhuc duo facit
primo enim V; a.p. ⟨facit duo, quia primo⟩ Cu   **1219** contingat: contingit ES;
contin() A; conveniunt T   **1224** stabunt: E; et stabunt *cett.*   anteriores: -ora

1225 res, et stabunt post anteriorationem hoc modo $\begin{smallmatrix}1\\4446\\543\end{smallmatrix}$. Vide igitur,

quotiens possit 5 subtrahi de 44, et invenies quod octies; ponatur

igitur 8 supra 6, quia sub illa est prima figura divisoris, et stabunt

figurae sic postea $\begin{smallmatrix}18\\4446\\543\end{smallmatrix}$. Deinde per illum 8 subtrahas omnes inferiores

de superioribus, sic: octies 5 sunt 40, quae tollas de 44|, et remanent

1230 4|; item octies 4 sunt 32, quae tollas de 44 |, et remanent 12, et

stabunt sic $\begin{smallmatrix}18\\126\\543\end{smallmatrix}$ |; item octies 3 sunt 24, quae tollas de 126, et stabunt

figurae sic $\begin{smallmatrix}18\\102\\543\end{smallmatrix}$.

Si autem contingat (*120*): dat quandam cautelam hic observan-

dam; et est talis quod, *facta anterioratione, si aliquando ultima figura* vel

1235 alia *non possit subtrahi aliquotiens a superioribus, tunc supra illam, sub qua est*

prima divisoris, ponenda est 0 in ordine numeri denotantis quotiens, et tunc

anteriorandae sunt figurae ut prius; et hoc est verum, si nondum

perventum sit ad primam numeri dividendi; istud igitur semper

faciendum est. – Verbi gratia, esto quod velis dividere hunc nume-

1240 rum 78876 per 38. Situetur igitur hoc modo $\begin{smallmatrix}78876\\38\end{smallmatrix}$. Et quia bis poteris

subtrahere 3 de 7 et similiter bis 8 de sibi suprapraposita, ideo nume-

rum quotiens, scilicet 2, ponas supra 8, sub quo est prima figura

numeri divisoris; et stabunt figurae sic $\begin{smallmatrix}2\\78876\\38\end{smallmatrix}$. Per 2 igitur subtrahas

inferiores a superioribus, sicut dictum est, et facta subtractione

1245 stabunt figurae sic $\begin{smallmatrix}2\\2876\\38\end{smallmatrix}$. Quo facto anteriorentur figurae inferiores per

unam differentiam, et stabunt sic $\begin{smallmatrix}2\\2876\\38\end{smallmatrix}$. Quia igitur nullotiens poteris 3

VA; *def.* C   **1225** et: sic *add.* E; *def.* C   **1226** possit (post sit E; possint T) 5
subtrahi: p.s. 5 V; 5 p.s. CS; 5 *ante* quotiens *supra habet* T; possis subtrahere 5 A
ponatur: ponantur CHBS   **1227** prima figura: f.p. numeri V; p.f. numeri C; p.
«f.» E; p. STA   **1228** figurae: *om.* CEA   sic postea (positae T): p.s. SA; sic
CHB   illum: illa S   **1229-30** et remanent (-ebunt C) 4: CSTA; *om.* D, *cett.*
1230-1 et remanent--sic □: et [[remanebunt]] remanent 12 et stabunt sic □ C;
et remanebunt 3ª et stabunt figurae sic $\begin{smallmatrix}156\\543\end{smallmatrix}$ T; *def.* H, A; *om.* D, *cett.*   **1234** vel
alia: divisoris T; cum aliis D; *om.* V   **1238** istud: id A; illud CHBST   igitur
(*om.* C): ig. ⟨eo usque⟩ Cu   **1241** similiter: *om.* CST; *def.* Aa.c.   bis: bene E;
om. V   de (8 *add.* E; (.)d T; *om.* S) sibi supra-(super- T)posita: d.s. suprapositis
HB; d.s. supposito C; de 8 supraposito Aa.c.; de 8 et residuo Ap.c.   **1242** quo:
qua CBET   figura numeri: n. CSTA   **1245-6** quo facto--sic □: *om.* ET
1246 unam: unicam C; 1 V; *def.* ET   nullotiens: multotiens ET, *add.* C

de 2 subtrahere, signum huius, scilicet 0, ponas supra 8, sub quo est

prima, et stabunt sic $\overset{\overset{20}{2876}}{38}{}^{6}$. Deinde adhuc anteriorentur figurae ut

prius, et stabunt figurae hoc modo: $\overset{\overset{20}{2876}}{38}$. Deinde videas, quotiens

1250 poteris inferiores subtrahere de sibi suprapositis, et invenies quod
septies; ponas igitur 7 supra 7, sub quo est prima divisoris, et stabunt

figurae sic $\overset{\overset{207}{2876}}{38}{}^{6}$. Per hunc igitur 7 subtrahas omnes inferiores ut prius,

et stabunt figurae sic $\overset{\overset{207}{}}{38}{}^{6}$. Quo facto anteriorandae sunt figurae

numeri divisoris, et stabunt figurae sic $\overset{\overset{207}{216}}{38}$. Deinde videas, quotiens

1255 poteris subtrahere figuras inferiores a sibi suprapositis, et invenies
quod quinquies; ponas igitur 5 supra 6, sub quo est prima inferioris

ordinis, et stabunt figurae sic $\overset{\overset{2075}{216}}{38}$. Deinde per illum 5 subtrahas

figuras numeri divisoris ut prius, et facta subtractione remanebunt 26
de numero primo proposito, quod est minus divisore.

1260 **Nec cessandum est** (*121*): docet, quamdiu sit anteriorandum et
invenienda sint quotiens; et dicit quod *a tali anterioratione* figurarum
numeri divisoris *non est cessandum, nec cessandum est ponere numerum
quotiens* supra numerum dividendum, *nec* cessandum est *ducere nume-
rum quotiens in divisorem et productum* a dividendo *subtrahere,* immo

1265 omnia ista facienda sunt, *donec prima* figura cum omnibus aliis numeri
*divisoris fuerint subtractae a prima figura numeri dividendi. Quo facto aut
aliquid erit residuum aut nihil; si aliquid,* sicut in exemplo modo secundo,

---

1246-7 3,2: tria, duobus (2^bus C) CS; ternarium, binario HB   **1247** signum: in
signum (igitur *add.* ST) CEST   scilicet 0 (cifram EHB) ponas: p. 0 C; sc. 0 p. 0 V
sub quo est prima: sub qua e.p. figura E; sub quo (quibus T) stat prima inferioris
ST   **1248** stabunt: figurae *add.* E; *alia* ST   **1248** adhuc: *om.* V; *alia* ST
anteriorentur (-rarentur H; -rizentur B) figurae: sunt f. anteriorandae E; *alia* ST
ut prius: prius C; *om.* V; *alia* ST   **1249** figurae hoc modo: h.m.f. V; h.m. HB; f.
sic C; *alia* ST
    1251 quo: qua ETD   **1255** poteris: possis E; potest V*a.c.*; potes V*p.c.*   a:
omnes   **1256** quo: qua ET   **1257** illum: illa S; illam T   **1260** sit
anteriorandum: a.s. S; a. B; sit sic operandum (scilicet a. *add.* D) ED   **1261** sint:
sunt C; sit HB; sit figura ST   **1262** nec cessandum est: n.e.c. ST; *om.* C   po-
nere (pone C; ducere HB, V*p.c.*) numerum quotiens: n.q.p. E; p.q.n. ST   **1266**
fuerint: fuerit *vel* fiunt VHBT; fuerunt C   subtractae: -ta HBET   **1267** *cf. l.*
1258-9   modo (meo HB) secundo (3º V): s.m. E; s. patet S; s. et C; s. T

reservetur exterius in tabula, et erit semper minus divisore, si bene fueris operatus.

1270   **Si velis scire** (*122*): assignat finem et utilitatem huius speciei, dicens quod *si velis scire, quantum de toto numero proposito eveniat cuilibet de numero divisore, numerus quotiens illud ostendit.* – Verbi gratia, de numero primo proposito, scilicet de 9876, evenerunt 18 cuilibet de 543, et remanserunt 102, quae inter 543 non possunt dividi nisi

1275   frangantur; ut si essent tot librae, frangerentur in solidos multiplicando 102 per 20, quae sunt numerus solidorum in una libra; et tunc post multiplicationem exirent 2040, quae iterum dividendo per eundem numerum divisorem, scilicet per 543, haberes 3 solidos; et remanent tunc adhuc 411 solidi, quos si adhuc inter eosdem velis

1280   dividere, resolvas eos in 12, quia tot sunt denarii in quolibet solido; et erunt 4932 denarii, quos sicut prius per 543 dividas, et exibunt 9 denarii; sed remanent adhuc 45 denarii, de quibus quilibet de divisore non habebit dimidiam pictam. Sic igitur de tota summa proposita quilibet de numero divisore habuit 18 libras et 3 solidos

1285   cum 9 denariis.

    Cum itaque facta fuerit (*123*): dat modum examinandi operationem suam in his duabus speciebus, et primo in divisione, secundo (*124*) in multiplicatione, cum dicit *et e converso.* – Et quia utraque pars est plana in littera, ponantur exempla, et primo de divisione: quia,

1290   facta divisione de 9876 per 543, exibunt in numero quotiens 18, remanentibus 102; multiplices igitur 18 per 543, et exibunt 9774, quibus si addideris 102, quae prius remanserunt, redibunt primae figurae, scilicet 9876. – Exemplum de multiplicatione sit istud: numerus multiplicandus erat iste 45060, numerus multiplicans iste

1295   2030, ex quorum unius ductu in alterum proveniunt 91471800;

1270 velis: igitur *add.* ES   **1272** illud: id E; istud V   ostendit: -det HST; om(ne)s e(ri)t C   **1273** de 9876: 9876 CST   evenerunt: eve⟨n⟩⟨er⟩it E; eveniunt CHB; *om.* V   **1274** remanserunt: remanent C   **1275** si essent: si erunt E; scies sec() V   frangerentur: -gentur CE   **1278** scilicet per: scilicet E; semper C; *om.* ST   haberes: habes V; habentes CE   **1279** remanent: remanet V; remanerent STD   **1280** quia tot: et tot V; quot C; quia quot HBS   **1282** remanent: remanet V; *def.* S   quilibet: cuilibet E; *om.* CS   **1286** fuerit: *om.* EST   **1288** et e converso: e conv. CS   **1290** exibunt: -bant V   **1292** remanserunt: -rant V   **1294** iste₂: ille ES   **1295** unius ductu: d.u. E;

dividas igitur hunc per numerum multiplicantem, scilicet per 2030, et exibunt in numero quotiens 45060, quae figurae prius erant in numero multiplicando.

Operatio autem in divisione etiam sine multiplicatione divisoris per
1300 quotiens probari poterit, sicut e converso factum est in fine capituli de multiplicatione: quia sumatur proba numeri dividendi, divisoris et numeri quotiens, et duc probam divisoris in probam numeri quotiens; et provenientis sume probam, quae si aequalis fuerit probae numeri dividendi, bene actum est. Verbi gratia, numerus primo pro-
1305 positus dividendus sit iste 56088, cuius proba est 0; sit divisor iste 123, cuius proba est 6; facta igitur divisione erit numerus quotiens iste 456, cuius proba est etiam 6; duc ergo probam numeri divisoris in probam numeri quotiens, et provenient 36, quorum proba est 0, sicut etiam est proba numeri dividendi. – Verumtamen, facta divi-
1310 sione si aliquid fuerit residuum, aliquid aliud est faciendum: quia videas probam illius residui, et eam tollas de proba totius numeri propositi primo ⟨dividendi⟩, si poteris; si non, tunc probae numeri totalis addas 9 et postea subtrahas probam residui; et tunc duc probam numeri divisoris in probam numeri quotiens, et provenientis
1315 probam sume, quae si fuerit aequalis probae numeri primae, bene fecisti. Verbi gratia, numerus propositus primo dividendus erat iste 9876, cuius proba est 3; numerus autem divisor erat iste 543, cuius proba etiam est 3; numerus vero quotiens erat iste 18, cuius proba est

---

d. C   alterum: alium VC   **1296** hunc per: per (*in mg.*) hunc E; hunc pro C
1299 etiam sine mult-e: et sine m. C; et m. A; per mult-em E   **1300** econ-
verso: etiam ec. C; ec. etiam (et A) STAD   **1300-1** *cf. l.* 1102 *sqq.*
    1303 provenientis: p(rae)ventis S; quae provenerint C; numeri *add.* T   aequa-
lis: -ales E; -a(n)s C   **1305** iste$_1$: ille VEA   iste$_2$: ille ET, A (*ins.*)   **1306**
proba est 6: e.p. 6 C; p. 6 V   **1306-7** facta--etiam 6 *om.* & *ins.* E(=E$_2$); *gem.* S
1307 iste: ille E$_2$VA   numeri div.: div. CHBSA   **1309** etiam est: est et. C;
est ST; et. A   **1310** aliquid (*del.* H) aliud: tunc aliud V; aliud B; ad (et A*a.c.*)
quid STA; sic A*p.c.*; aliud quid *Cu*   **1311** illius res.: istius r. VE; i. numeri r. C;
i. numeri T   **1312** propositi--probae numeri *om.* A *et ins.* numeri dividendi
primo propositi   ⟨dividendi⟩: *Cu*   tunc: *om.* CE; *def.* A   **1315** primae:
primi V; p. figurae C; *om.* A   **1316** propositus primo dividendus (-ndi E*a.c.*):
pri. pro. div. E; div. pri. pro. C; pro. div. T   **1317** est 3: erat 3 CT; *n.l.*
V   3: tria C; *n.l.* V   numerus autem: n(un)c a. E; n. vero C; *n.l.* V   iste
543: ille 543 EA; *n.l.* V   **1318** etiam est: est etiam HBTA; etiam erat C; *n.l.*

0; facta autem divisione remanserunt 102, cuius proba est etiam 3;
1320 subtrahas igitur probam numeri residui de proba numeri primo
proposti dividendi, et remanet 0; duc autem probam numeri
divisoris in probam numeri quotiens, et provenient 9, quorum proba
est 0; bene igitur es operatus.

Progressio est etc. *(125)*: haec est octava species, quae est insuffi-
1325 ciens, quia se non ad omnem numerum extendit et undecumque
inceptum; ideo loco huius capituli istud, si placet, pro textu habeatur:
    (1) Progressio est numerorum secundum aequales excessus augmentatorum
aggregatio, ut universorum summa compendiose habeatur. (2*) Unde, si ex
aggregatione numeri ultimi cum primo resultat numerus par, per eius medieta-
1330 tem multiplicetur numerus locorum; (3*) si vero impar, per eum multiplicetur
medietas numeri locorum, et exibit summa quaesiti.*
    In hoc brevi capitulo duo fiunt: primo enim *(1*)* describitur
progressio, secundo *(2*)* de ea dantur duae regulae, per quas haec
tota species regulatur; secunda ibi *Unde si ex aggregatione.* – Dicit primo
1335 *(1*)* quod *progressio est aggregatio numerorum augmentatorum secundum
aequales excessus, ut summa universorum* aggregatorum *compendiose,* id est
breviter, *habeatur.* Verbi gratia, si proponatur 1,2,3,4,5,6, quantum est
in toto? vel sic 1,3,5,7,9; vel sic 1,4,7,10,13; vel sic 3,4,5,6,7,8,9? in
omnibus, in quibus sic uniformiter itur, ita quod in quanto secundus
1340 excedit primum, de tanto tertius secundum et quartus tertium, et ita
deinceps, in omnibus talibus valet haec species. Incipias igitur ubi

---

V   iste 18: ille 18 EA; 18 C; *n.l.* V   **1320** numeri primo pro-(*om.* V)positi
dividendi: primi pro. d. E; n.d. pri. pro. C; n. pro. d. A   **1323** igitur: ergo E;
om. CST; *def.* A   es (fuisti HB) -operatus: o.e. EST; *def.* A   **1324** haec est:
haec VCHB   species quae est: sp. quia est VHB; sp. est C; et E   **1325** se
non ad omnem (omnium H) numerum (*om.* B) ext.: non e.s.a.o.nu. C; non a.o.nu.
s.e. V; s.a.o.nu. (*om.* A) non e. STA   et: *om.* VC   **1327** excessus: progressus
T; *om.* EC   **1328** compendiose: -osus C; -osa HBST   **1329** numerus par:
p.n. ED; n. «par» S; n. T   **1332** brevi: ergo TA; octavo S   fiunt: facit VD;
f(acit) E; tanguntur C   describitur progressio: describit progressionem ED
1333 dantur duae regulae: dat duas r-as E   **1334** secunda: *om.* CBE   dicit:
dico S   **1337** proponatur: praeponatur SA; ponatur VB; ponantur sic C;
«pro»ponantur E   123456: iste (ille A) numerus (n.i. T) scilicet (*om.* A) 123456
STA   **1339** sic uniformiter: si u. V; u.s. E; s. STA   in$_2$: est Aa.c.   **1340**

volueris, et sistas ubi volueris, saltes quantum volueris; dummodo
uniformiter iveris in dictis numeris, semper valebit id quod dicetur.

Unde si ex aggregatione (*2**): hic dantur duae regulae hanc
1345 speciem rectificantes, et secundum hoc haec pars dividitur in duas,
quoniam penes numerum locorum et penes numerum aggregatum
ex primo numero et ultimo progressionis rectificatur haec species.
Numerus igitur aggregatus ex numero primo et ultimo aut est par aut
impar; iuxta hanc divisionem bimembrem duae sumuntur regulae.
1350 Prima est: *si ex primo numero cum ultimo resultat numerus par, tunc per eius*
medietatem multiplices numerum locorum. – Verbi gratia, in progressione
naturali, sic 1,2,3,4,5,6,7, iunge primum, scilicet 1, cum ultimo,
scilicet 7, et provenient 8, per quorum medietatem, scilicet per 4,
multiplices 7 loca positionum, et provenient 28. – Vel sic in progres-
1355 sione naturali 7,8,9,10,11,12,13,14,15: hic sunt 9 loca positionum, et
ex aggregatione primi numeri ad ultimum proveniunt 22; ergo per
medietatem de 22, scilicet per 11, multiplices loca positionum, scilicet
9, et proveniet summa totius progressionis, scilicet 99. – Exemplum
autem in progressione intercisa sit istud: primo 1,3,5,7,9,11: hic sunt
1360 6 loca positionum, et ex primo cum ultimo resultant 12; per horum
ergo medietatem, scilicet per 6, multiplices 6 loca positionum, et
provenient 36, quod est summa progressionis. – Secundo istud etiam
de intercisa 9,12,15,18,21,24,27: sunt igitur loca positionum 7, et ex
primo cum ultimo resultant 36, quod est numerus par; per medieta-

---

de: et de C; in HBA   ita deinceps: sic d. STA; d. E; *om.* C   **1343** iveris: ieris
VHB; iveris vel ieris ST; numerus CEA; te habeas D   **1344** dantur: *omnes*
1348-50 aut est--cum ultimo: *om.* & *ins.* E(=E$_2$)   **1349** sumuntur: sum(entur)
VH; sum(itur) A; *n.l.* E$_2$ **1350** est: quod *add.* C; *n.l.* E$_2$ resultat numerus
par: resultet p.n. ESA; r.n. V

1352 naturali: numeri E; *om.* C   sic: si C; sint (sit T) ista ST; sunt illae figurae
A   scilicet 1 (unum HB; unitatem S): *om.* CE; *alia* T   **1353** 7: 1 cum 7 C,
Ea.c.; t(ame)n 7 Ep.c.; cum 7 HB   **1354** loca: loco CEA; *def.* T   provenient:
-iet V; -iunt SA   sic: etiam *add.* CE   **1355** 9$_2$: VE; novem CS   **1356**
proveniunt: -ient VS   **1357** de 22 (22^{bus} HB): 22 V; illius C   per 11: 11 VC
1359 primo: *om.* VEA   **1360** resultant: -tat VC; *def.* T   **1361** per 6: 6 CSA;
om. T   **1362** provenient: SD; proveniet VHBE; proveniunt CTA   quod est:
om. D   istud etiam (e.i. E) de intercisa: VED; etiam illud de intercisa progres-
sione ST; istud (illud H; in su(mm)a A) exemplum de intercisa progressione (*om.* H)
(p.i. B) HBA; ista intercisio C   **1364** resultant (-tat T): *om.* V; *def.* D   quod
est: *def.* D   medietatem igitur eius: m.e.i. E; e. ergo m. HB; m.e. CSTA

1365   tem igitur eius, scilicet per 18, multiplicentur loca positionum, scilicet
7, et provenient 126, summa totius progressionis.

Regula secunda (*3**) est quod, *si ex primo numero et ultimo resultat
numerus impar,* semper *per illum multiplices medietatem numeri locorum* sive
positionum, *et exibit summa* in qualibet progressione. - Verbi gratia, in
1370   progressione naturali sit hoc exemplum: primo 1,2,3,4,5,6,7,8: hic
sunt loca positionum 8, et numerus aggregatus ex primo et ultimo est
9; duc ergo 9 in medietatem de 8, scilicet in 4, et provenient 36,
summa progressionis. - Vel sic 8,9,10,11,12,13,14,15,16,17: hic sunt
10 loca positionum, et aggregatum ex primo numero et ultimo est 25;
1375   duc ergo medietatem numeri locorum, scilicet 5, in 25, et provenient
125. - Aliud exemplum in progressione intercisa esse potest istud
1,4,7,10,13,16: hic sunt 6 loca positionum, et numerus aggregatus ex
primo et ultimo facit 17; hunc ergo multiplices per medietatem
locorum, scilicet per 3, et erunt 51. - Vel sic 3,8,13,18,23,28: hic sunt
1380   6 loca positionum, et ex primo numero et ultimo resultant 31; hunc
ergo numerum per medietatem locorum, scilicet per 3, multiplices, et
provenient 93, summa totius progressionis.

Unde debes hoc indubitanter scire quod vel numerus locorum erit
par, vel numerus aggregatus ex primo et ultimo erit par, vel uterque.

1385   **Sequitur de radicum extractione** (*131*): haec est species nona et
ultima huius operis, in qua facit auctor duo: primo enim praemittit
quoddam praeambulum, in quo tangit quaedam quorum cognitio

1366 et provenient: et proveniet VHB; et proveniunt CSTA; *om.* & *ins.* E   **1367**
resultat: -tet VHBST   **1370** hic: haec HBETA; *def.* C   **1371** loca positio-
num 8: 8 (octo S) l.p. STA; *def.* C   **1372** provenient: proveniet VHB; prove-
niunt A; eveniunt ST; exibunt D   **1374-7** et aggregatum--6 loca pos.: *gem.*
T(=T₁,T₂)   **1374** numero: *om.* CSTAD   **1375** ergo: igitur VST₂A   pro-
venient: -iet VHB; -iunt T   **1376** 125: 123 VHSTA   aliud: ad VCT₂; a(liqu)id
A   esse potest istud (illud CST₁A; id T₂): p.e.i. HBA; potest etiam istud accipi V
1378 facit (f()A): faciunt E; fit *Cu*   **1380** resultant: -ta VA; -tabunt C   **1381**
numerum: *om.* STA   multiplices (-ca CE): *supra habent post* ergo STA, *post*
locorum V   **1382** provenient: -iet V; -iunt STA   **1383** hoc: BD; hic HS; *om.*
C; hic *vel* hoc *cett.*   **1385** species nona (noua E; 9ª CHB; 9 V): n.s. CS
1386 praemittit: p. capitulum ST; circa capitulum p. A; p. capitulo HB; auctor p.

necessaria est ad hanc speciem, et secundo (*156*) de intento exse-
quitur, cum dicit *Si velis igitur* iuxta principium capituli sequentis, ubi
1390 alii capitulum assignaverunt. Adhuc primo (*131*) praemittit ea quae
declaranda sunt ad intentum principale, et secundo (*132*) ea pertrac-
tat, cum dicit *Praenotanda tamen.* Adhuc primo (*131*) inquirit, quis sit
numerus quadratus et quae eius radix, et similiter (*138*) quis sit
numerus cubicus et quae eius radix; et secundo (*155*) notificat
1395 tertium propositorum, scilicet quid sit radicem extrahere, cum dicit
Radicem numeri quadrati in principio capituli sequentis. Adhuc primo
(*132*) praemittit quandam divisionem, ex qua investigat duo primo
iam proposita, et secundo (*133*) membra dividentia pertractat, cum
dicit [*Linearis est,* et tertio (*148*) subdit quaedam notabilia, cum dicit]
1400 *Notandum etiam.* – Circa primam partem (*132*) notandum quod, sicut
quantitatis continuae quaedam est linea habens unam dimensionem,
et alia superficies habens duas, et alia corpus habens tres, sic recte est
de quantitate discreta quae est numerus: *numerorum* enim, ut dicit
auctor, *alius linearis, alius superficialis, alius solidus.* – **Linearis est** (*133*):
1405 pertractat membra dividentia, et primo (*133-4*) prima duo membra
pertractat, et secundo (*135*) quasi subdividendo secundum membrum
specialius de eodem secundo et tertio determinat, cum dicit **Sed
sciendum.** Adhuc primo (*135*) praemittit subdivisionem suam, ⟨et
patet;⟩ et secundo (*136*) membra ostendit, ibi **Si igitur numerus.**
1410 Adhuc primo (*136*) pertractat primum membrum, et secundo (*138*)
secundum, cum dicit *Si autem numerus bis.* Adhuc primo (*136*) de

C   **1388** necessaria est: e.n. EST   et secundo: in sec. V; sec. CA   exse-
quitur: proseq- HBS   **1389** cum dicit: ibi CEA   principium capituli sequ-
entis: c.s.p. VA; capitulum sequens C   **1390** alii: aliqui E; alia C; alii aliud SA;
aliud T   assignaverunt: assignant VC; assignavit T   **1392** adhuc: a. in d(uas)
T; hic CE; et V; et haec S; et hoc HB   quis: quid CHBTA   sit: est VHBS
1393-4 et similiter--radix: *om.* HBEA   **1393** quis sit: quis C; quid sit T; *def.*
HBEA   **1394** quae: *om.* C; *def.* HBEA   **1396** numeri: igitur VTA; ergo HBS
1397 duo (d() A; *om.* T) primo (-ma VSTA) iam proposita: duo primo dicta primo
proposita E; 2 iam primo posita C; duo iam prop. HB   **1399** linearis--cum
dicit: CE; *om. cett.*   **1400** etiam: etc. E; est STA   partem: est *add.* ESTA
     1401 habens unam dimensionem: u.h.d. VHB; u.d.h. STA   **1402** recte:
VHBS; r(e)c(t)e ETA, C(*vel* r(ati)o(n)e)   **1404** alius₁: est *add.* ES   **1405**
pertractat: hic p. HBSTA   prima duo: 2 prima C; duo VHBSTA   **1407** et
tertio: *om.* STA   determinat: declarat E; declarat vel det. C; pertractat V
1411 bis: *om.* C; *def.* HB   **1413** cum dicit: ibi A, C (*ins.*); *def.* S   autem:

primo membro investigat, quis sit numerus quadratus, et secundo
(*137*), quae sit eius radix, cum dicit *Radix autem.*

   Primo igitur (*136*) investigat, quis sit numerus quadratus, sub
1415 quadam subdivisione membri primi, quia, *si numerus semel ducatur in
numerum, aut ducitur in se ipsum aut in alium; si in se ipsum, fit numerus* qui
quadratus dicitur; *si in alium, fit numerus superficialis non quadratus.* Quasi
diceret quod numerus quadratus est sub superficiali, et superficialis
non quadratus est sub eodem superficiali; quia superficialis absolute
1420 est ille numerus absolute etiam, qui ex ductu numeri in numerum
semel provenit, sed superficialis specialis fit secundum quod est
proveniens ex ductu numeri non cuiuslibet in quemlibet, sed numeri
in quendam alium. Et est simile: sicut enim, sub animali si essent
duae species solum, puta homo et quodcumque aliud ab homine
1425 [, tunc cum quodcumque aliud ab homine] non habet forsan imposi-
tum unum nomen, tunc dividendo animal contingeret sic dicere
"animalium quoddam est homo; quoddam est animal non homo",
recte sic est in proposito, ut patet. – *Et vocatur numerus quadratus,* sicut
dicit auctor, *quia divisim scriptus per unitates* constituit quadratum; verbi
1430 gratia, iste numerus est quadratus scilicet 4, et scribitur 4 unitatibus
sicut hic ∴; et 9 est numerus quadratus et scribitur in 4 lateribus
aequalibus per 9 unitates, sic ⦂⦂⦂ ; et ita de aliis. Sed in superficiali
non quadrato non fiunt omnia latera aequalia; verbi gratia, senarius
provenit ex ductu ternarii in binarium et scribitur 6 unitatibus, sic ⦂⦂⦂ .
1435 Constat quod latera non sunt aequalia: in uno enim sunt duo puncta
et in alio tria, opposita autem solum aequalia sunt; unde senarius
bene est numerus quadrangulus, sed non quadratus. Unde, sicut

igitur E; *def.* S   **1416** fit: tunc est C; est A; sic est *cett.*; fit est *Cu*   **1417** fit:
def. CA; sic est *cett.*; fit est *Cu*   **1418** diceret: d(icens) ET; dicet(ur) quasi dicat V;
alia HB; diceretur *Cu*   numerus quadratus: q.n. EV   **1420** absolute etiam: e.a.
ST; a. E; *om.* A; *def.* HB   **1421** fit: fit *vel* sit CB; sic T; sicut A; *vacat Ha.c.*
1423 si: sed A; *om.* VC   essent duae species solum: e.d. so. sp. V; tantum e.d.
sp. C; e.d. sp. T; e. so. d. sp. HBSA   **1425** tunc--homine: *om.* VEA   tunc
cum: tunc «illud» H; tunc illud B; cum enim C; *def.* VEA   **1427** quoddam$_2$: et
q. VSTA   **1428** recte: VHBS; r(e)c(t)e ETA, C(*vel* r(ati)o(n)e)   **1430** unitati-
bus: vicibus V; v(er)itatibus C   **1431** sicut (sic V) hic (*ins.* H): sicut C; scilicet A
1433 fiunt: *omnes*   senarius: VE; 6 CS   **1434** ternarii: VS; 3 CE   bina-
rium: S; 2 VE; 2º C   **1436** opposita: (*sc.* latera) *omnes; aliter intellegit et explet*
Cu   autem: enim C   sunt: fiunt C; *om.* V   senarius: VS; 6 CE   **1437**

quadrangulum est superius ad quadrangulum quod est quadratum et quadrangulum non quadratum, sic superficialis est superius ad
1440 numerum superficialem qui est quadratus et qui non est quadratus; et ideo dicit auctor quod *omnis quadratus est superficialis, sed non convertitur.* – **Radix autem** *(137)*: ostendit, quae est radix numeri quadrati, et patet.

Si autem numerus bis ducatur *(138)*: pertractat secundum
1445 membrum dictae suae divisionis, scilicet quod aliquis numerus provenit ex ductu alicuius numeri bis in numerum, vel etiam quod aliquis numerus bis ducitur in numerum; ex quo membro elicit, quis sit numerus cubicus et quae eius radix. Et primo *(138)* quasi in generali pertractat membrum hoc, notificans, quis est numerus in
1450 genere, qui provenit ex ductu numeri in numerum bis, absolute loquendo, non contrahendo ad eundem vel ad alium; et secundo *(140)* quasi specialiter descendendo sub illo numero membrum praedictum subdividit, ibi *Sed numerus potest dupliciter.* Adhuc primo *(138)* facit quod dictum est, et secundo *(139)* dat rationem impositionis
1455 nominis huius, quod est solidus, qui est numerus ille absolutus; et incipit secunda pars ibi *Et dicitur solidus.* – Dicit igitur primo *(138)* quod *si numerus ducatur bis in numerum, constituet solidum, aut,* pro "quia", *numerus solidus est qui provenit ex duplici ductu numeri in numerum,* scilicet non contrahendo ad eundem vel ad alium: sic enim habentur
1460 species sub solido. – **Et dicitur solidus** *(139)*: haec pars plana est.

Sed numerus potest dupliciter *(140)*: specialiter descendendo sub solido membrum hoc subdividit, constituendo species sub

quadrangulus: quadrangularis CHBEA   **1439** quadrangulum (-gulati HB) non quadratum: VHBS; quadrang. quod (quod qua. E; qua. *om.* C) non est (e.n. T) quadrat. CETA   **1440** qui non est: ad eum qui non est E; non CSTA
1442 est: sit CE   **1445** suae: *om.* CE   scilicet: *om.* CSTA   **1447** ducitur: ducatur VE   **1449** hoc: hoc *vel* hic TA; *om.* CE   numerus: n. ⟨solidus⟩ *Cu*
1453 adhuc: a. d(uo) f(acit) T; *def.* C; a. ⟨primo duo facit quia⟩ *Cu*   **1454** et secundo: s. ETA; *def.* C   **1455** solidus: -dum HBS; *def.* C   **1456** pars: *om.* VHBT; *def.* C, A   primo: *om.* E; *def.* C, HB   **1457** numerus ducatur (ducitur ST) bis: n.b.d. EA; b.n.d. T; *def.* C, HB   aut p(ro) quia *(distinxit Ebbesen)*: et patet quod T; quia A; *def.* C, HB; *om. Cu*   **1458** ex: de E; *def.* CHB
1459 habentur: *def.* CHB; haberetur *Cu*   **1460** plana (plena A) est: e.p. E; *def.* C   **1461** dupliciter: d. etc. HB; d. bis etc. S; distingui T; *om.* V; *def.* C; *alia* A
1462 hoc: hoc *vel* hic EH; hic CSTA   **1465** pars prima: pr. pa. CSTA   sed:

solido: primo ergo subdivisionem illam ponit, et secundo (*141*)
membra dividentia pertractat, cum dicit **Si igitur numerus**. Pars
1465   prima (*140*) est plana, sed secunda (*141*) dividitur in quattuor partes:
primo enim pertractat membrum primum; et secundo (*143*) secun-
dum, cum dicit *Si vero aliquis*; et tertio (*145*) quasi correlarie per
comparationem ad radicem quadratam ostendit, quae sit radix
[cubica sive] numeri cubici, cum dicit *Ex praedictis etiam patet*; et
1470   quarto (*147*) removet dubium, ibi *Cum igitur ex ductu*.

Primo adhuc (*141*) pertractando primum membrum notificat, quis
sit numerus cubicus, et secundo (*142*) dat rationem impositionis no-
minis eius, cum dicit *Et dicitur cubicus*. – Dicit ergo primo (*141*) quod,
si numerus bis ducatur in se vel semel in suum quadratum, quod idem est, tunc
1475   *fit numerus cubicus*; et dicitur cubicus solidus, quia est species solidi
{*142*}. – *In se bis*, verbi gratia ter tria ter, *vel semel in suum quadratum*, ut
ter 9; proveniunt 27 utrobique: cum enim dicitur ter tria, habentur 9,
quod est quadratum de tribus, et cum replicatur ultimo ter, illa
replicatio extenditur ad totum quod praecessit, scilicet ad ter tria vel
1480   ad 9; et ideo idem est ducere numerum quemcumque semel in suum
quadratum et bis in seipsum. – **Est autem cubus corpus quoddam**
sex habens etc. (*142*), sicut est imaginari de taxillo bene verificato,
in quo scilicet est profunditas, longitudo et latitudo eiusdem quan-
titatis et distensionis. Iuxta corpus istud sic imaginari poteris nume-
1485   rum cubicum: sicut enim {*139*} corpus istud 3 habet dimensiones, sic
numerus iste 3 habet numeros ipsum dimetientes. – Esto igitur quod

---

STA; *om. cett.*   partes: *om.* EC   **1466** membrum primum: p.m.
CSTA   et secundo: s. STA; *def.* C   **1467** cum dicit: ibi CA; *om.* V   cor-
relarie: CS, H *fere*; correlative B; *varie abbreviant cett.*   **1468** quadratam: quan-
dam C; quadratum S; quadrantem T   **1469** cubica sive numeri cubici: cubici
C; cubici «. . . .bici» V; cubica A   et: *om.* C; *om.* & *ins.* E   **1470** ductu: etc.
add. E; unitatis *add.* S   **1471** adhuc: ad hunc S; ergo E; *om.* A   quis: quid
EHBA   **1472** et: *om.* EA; *def.* T   **1473** ergo: igitur VS; *def.* T, A   **1474**
bis ducatur in se: ducatur bis in se S; ducitur bis V; *def.* T, A   **1481** corpus
(Q(?) *add.* E) quoddam: corpus V; *notis inv.* C; *def.* A   **1482** sex: VS; 6
EC   etc.: superficies S; superficies et 08 angulos et 12 latera C; *om.* HB; *def.*
A   est imaginari: est de im. C; et im. E; potest im. S; im. poteris T; licet im. A
1484 istud: illud CTA; *om.* HB; *def.* S   poteris numerum cubicum: poteritis
n.c. B, H*p.c.*; positis n.c. Ha*.c.*; potest n-us c-us C; *def.* S   **1485** istud: illud
CTA; *om.* E; *def.* S   3: 3es C; *def.* S   habet: habens C   **1486** 3: tres
CS   habet: *om.* VCHB   dimetientes: diment. CSA; disment. HB   igitur:

sit linea trium pedum sive punctorum. Ducantur ergo haec tria puncta in se, et fiunt 9, qui est numerus quadratus mensuratus numero duplici, scilicet ternario bis sumpto; et ideo, quasi linea
1490 trium pedum flueret ad tantam distantiam in ante, quanta est eius longitudo, constituitur quaedam superficies more mathematicorum loquendo. Deinde in eadem 9 ducatur eadem linea, ac si in deorsum fluens secum totam superficiem hanc trahens ad tantam distantiam descenderet, quanta est eiusdem lineae longitudo sive totius super-
1495 ficiei latitudo; et sic quasi corpus quoddam constitutum est, quod sic factum habebit in qualibet 6 superficierum 9 et in quolibet 12 laterum tria puncta, et ab angulo quolibet in angulum oppositum in quamcumque partem habebit etiam tria puncta; et ideo merito hic numerus cubicus est vocatus.

1500 **Si vero aliquis numerus** (*143*): pertractat membrum secundum, notificans, qualiter appellandus sit numerus qui ex opposito distinguitur contra numerum cubicum; et primo facit hoc, secundo (*144*) comparat numerum cubicum ad solidum, cum dicit *Unde patet.* – Primo igitur (*143*) dicit quod *si numerus bis ducatur* non in se, sed *in*
1505 *alium, fit numerus solidus non cubicus,* et ut legatur sub uno, dicit secundo (*144*), comparando numerum cubicum ad solidum, quod *omnis numerus cubicus est solidus et non e converso*; et haec est comparatio speciei ad genus, sicut superius erat de quadrato et superficiali.

Ex praedictis etiam patet (*145*): per comparationem ad radicem
1510 numeri quadrati ostendit, quae est radix numeri cubici. Unde dicit quod *sicut ex praedictis patet, idem numerus est radix quadrati et cubici*: hoc

ergo ES   **1487** sive punctorum: vel p. C; sex p. A; fi(eri) p(otes)t eor(um) E; *def.* HB   ergo: igitur VT; enim S; *def.* HB   **1489** duplici: E; *def.* HB; cubici *cett.*; lineari *Cu*   ternario: 3° VE; ter C; 3 S; *def.* HB   linea: h(aec) *add.* V; h(ic?) *add.* C; *def.* HB   **1490** flueret: fluent C; fluat HB; f«l»uerat E; fluit T; fluente *Cu* **1492** eadem₁: eodem HBSTA   in deorsum: d. EC   **1494** descenderet: descendet (distendet B) VHBST; -dat C; -dens E; divisionibus A   lineae: CE; *om. cett.*   **1495** corpus quoddam: q.c. STA; c. C   **1498** etiam: et VCS **1499** cubicus est: est V; e.c. C
   1501 notificans: notificando E; notans S; ostendens TA   appellandus: applicandus V; ampliandus C   **1502** et: *om.* C; *def.* V   hoc: haec S; *def.* V **1504** igitur: ergo STA; *om.* C   **1505** fit: *def.* A; est *cett., Cu*   **1507** et non: sed non V; non C; *def.* A   **1509** etiam: CE; igitur VSTA; ergo HB   **1511** patet: quod *add.* CS   radix quadrati et cubici: r. numeri q. (*om.* V) et cu. VHB;

ex praedictis patet, cum idem est per dicta prius ducere numerum bis in se vel semel in suum quadratum. Et subdit quod tamen *idem quadratus et cubicus non sunt unius* et eiusdem *radicis*: verbi gratia, iste

1515 numerus scilicet 729 et est quadratus et cubicus, sed non idem numerus est eius radix ut est cubicus et ut est quadratus; immo, ut est quadratus, radix eius est 27, ut autem est cubicus, radix eius est 9. Et similiter iste numerus scilicet 4096 et est quadratus et cubicus, non tamen idem numerus est eius radix ut est quadratus et ut est cubicus;

1520 immo, ut est quadratus, eius radix est 64, et ut est cubicus, eius radix est 16. – Et subdit *(146)* quod *etiam patet quod omnis numerus est radix quadrati et cubici,* quod patet ex hoc quia, cum numerus non stat in sursum, quemcumque numerum contingit ducere in se semel, contingit eundem ducere in se bis; *sed non tamen omnis numerus est*

1525 *quadratus vel cubicus,* quia superficialium quidam est quadratus et quidam superficialis non quadratus; item solidorum quidam est cubicus et quidam solidus non cubicus, sicut patet per praedicta.

Cum igitur ex ductu etc. *(147)*: removet dubium, quod sic ex dictis ortum habet: dixit enim *(137)* quod *4 est primus numerus*

1530 *quadratus, et radix eius est 2,* ex quo sequitur quod 2 est prima radix et minima; ex isto dubitaret aliquis utrum unitas sit numerus, cum non possit esse alicuius numeri radix, quia 2 est radix minima. Ideo introducit auctor partem istam *(147)*, et stat sententia partis in hoc quod unitas non est aliquis numerus *in actu,* quia numerus est

1535 multitudo, sed *potentialiter est unitas omnis numerus,* quia est ut materia: per replicationem enim untitatis omnis numeri quantitas efficitur.

---

cu. et q.r. S; *def.* T, A   **1512** per dicta prius (*cf. l.* 1480-1): secundum praedicta C; per praedicta prius E; *def.* A   bis in se: in se bis ST; *def.* A   **1513** vel: et EHB; *def.* A   tamen idem: cum idem V; cum HB; non tamen non idem est C; tamen non idem S; non idem T; *def.* A   **1514** non sunt: non sint V; sint idem non (*om.* H; *om.* & *ins.* B) sunt HB; ut C; sunt S; sunt quamvis sint T; *def.* A   **1515** scilicet: *om.* VCA   et est: est ESA; *def.* T   **1516** ut$_2$ est: ut E; *om.* C; *def.* T   **1518** scilicet: *om.* HBTA   **1520** eius$_1$ (cuius C) radix est: e(ius) eius ra. est E; ei. ra. V; ra. ei. est HBT; est ei. ra. S; et ra. ei. A   eius$_2$ (cuius C) radix est: ra. ei. est HB; est ei. ra. (est *add.* A) SA   **1523** sursum (sensum C): quod *add.* SA; quia *add.* T; quomodo *add.* Cu   **1524** non tamen (cum C): tantum non E; non V   **1526** superficialis: -lium E; et *add.* C   **1527** *cf. l.* 1507   **1528** etc.: *om.* ESTA   **1529** dixit: dicit VCHB   4: 4^{or} T   **1530** 2$_1$: duo ET   2$_2$: duo CHEA   **1532** 2: duo HE   **1533** sententia: summa VC, *Cu*   **1535** est unitas omnis numerus: e.o.n.u. VC; u.e.o.n. B; *def.* A   **1539** cor-(co-H)

Notandum etiam (*148*): subdit quaedam notabilia, et sunt tria: primum est hic, secundum (*149*) ibi *Inter duos cubicos,* et tertium (*150*) per modum correlarii ponitur ibi *Cum igitur ultra.* – Primum (*148*) est
1540 quod *inter duos quadratos numeros proximos est unicum medium proportionale, quod scilicet provenit ex ductu radicis unius quadrati in radicem alterius.* Verbi gratia, 4 est numerus quadratus, cuius radix est 2; 9 est alter numerus quadratus proximus, et eius radix est 3. Inter 4 et 9 est unicum medium proportionale, scilicet 6, quod provenit ex ductu binarii in
1545 3, quia bis tria sunt 6; et vocatur medium illud "proportionale" quia, quae est proportio quadrati maioris, scilicet 9, ad illud medium, eadem est proportio eiusdem medii ad minorem quadratum: utrobique enim est proportio sexquialtera: sicut enim 9 continet 6 et eius medietatem, sic 6 continet 4 et eius medietatem. – Et nota quod illi
1550 quadrati sunt proximi, inter quorum radices non est medium vel numerus medius: propter hoc igitur 9 et 4 sunt quadrati proximi, quia inter radicem unius et radicem alterius non est medium, scilicet inter 2 et 3. Et dicit auctor signanter quod *inter duos quadratos proximos est unicum medium proportionale,* quia, si aliqui duo sumantur quadrati
1555 non proximi, sicut sunt 4, primus quadratus, et 49, constat quod isti non sunt quadrati proximi, quia radix primi est 2, secundi autem 7, et inter eos non est medium unum, immo plura media, scilicet 3,4,5,6; et ideo inter istos duos quadratos sunt plura media proportionalia, scilicet 42,36,30,25,20,16,12,9 et 6. Sicut enim maior quadra-
1560 tus, scilicet 49, continet 42 et eius sextam partem, sic 42 continet 36 et eorum sextam partem; item sicut 36 continet 30 et eorum quintam, sic 30 continent 25 et eorum quintam; adhuc, sicut 25 continent 20 et eorum quartam, sic 20 continent 16 et eorum quartam; insuper, sicut 16 continent 12 et eorum tertiam, sic 12
1565 continent 9 et eorum tertiam; ultimo, sicut 9 continent 6 et eorum medietatem, sic 6 continet 4 et medietatem de 4, quae 4 sunt minor

relarii: CHS; corelative B; *varie abbreviant cett.*   ultra: ultima ESA   **1544** binarii: 2 ES; *alia* T; *def.* A   **1545** illud: id V; istud BE; *def.* A   **1548** continet: -ent VCS; *def.* A   **1549** 6: sex EC; *def.* A   continet: -ent VCS; *def.* A
1553 signanter: CHBS; sig()nter VETA   **1554** sumantur quadrati non proximi: q.n.p.s. E; q.s.n.p. C   **1557** medium unum: u.m. T; unicum m. HB; m. VES; *def.* A   **1562** quintam₁: partem CSTA   25 continent: 25 continet VBS
1563 20 continent: 20 continet VHB   eorum₂: etiam *add.* VC   **1566** medie-

quadratus. Sic igitur apparet quod non est necesse semper inter duos quadratos tantum unum esse medium proportionale, et ideo addit auctor "proximos".

1570   **Inter duos cubicos** (*149*): ponit notabile secundum, et est quod *inter duos numeros cubicos proximos est duplex medium proportionale, scilicet maius medium et minus etc.* Verbi gratia, primus cubicus est 8, secundus proximus est 27, radix primi est 2, radix secundi 3, et ideo sunt proximi cubici, quia inter eorum radices non est medium. Inter istos

1575   duos cubicos est duplex medium proportionale, scilicet 18 et 12: sicut enim 27 semel continent 18 et medietatem eorum, sic 18 continent 12 et medietatem eorum, et consimiliter 12 continent 8 et medietatem eorum, ita quod omniquaque est proportio sexquialtera. Et proveniunt haec media sic, sicut dicit auctor, quod *ducendo radicem*

1580   *maioris cubici in quadratum minoris cubici provenit minus medium*; sic scilicet: quia radix maioris cubici erat 3 et quadratum minoris cubici erat 4, ducendo igitur 3 in 4 exeunt 12, quod est minus medium proportionale; *ducendo etiam radicem minoris cubici,* scilicet 2, *in quadratum maioris cubici,* scilicet in 9, exibit maius medium, scilicet 18. Et ordines

1585   numeros istos in tali figura sicut quae sequitur:

Et scias quod, in quacumque proportione sunt radices adinvicem,

1590   in eadem sunt media, ita quod, quae est proportio maioris radicis ad minorem, eadem est proportio maioris cubici ad maius medium, et maioris medii ad minus, et minoris medii ad minorem cubicum. Hoc

l'ensengnement du canon qui ensieut. (Letter table 1292-1653. Subscr.:) Cy moustre par ces quatre cicle la figure du nombre d'or.

(Txt:) Qveres en ceste table en quelque ciecle ou ligne que ce soit ung nombre le plus prochain que poures trouuer a l'incarnacion de nostre signeur, et se ce nombre n'est pareil a celuy que querres, si le parfaittes des lettres qui sont en ce meismes cicle. Exemple de ce, sachies que en l'an mille cccc et xli n'i auoit point de nombre plus prochain que mille cccc xxv, et fut trouue en le ligne dextre, et fut aiouste aueuc tant des lettres de ce meisme cicle que le Q parfit le nombre de mille cccc xli que queroie. – Et trouuai au lon de celuy an en tel sicle de kalendier Q, et a tel jour et telle heure q(ue) estoit escript de leure le Q, estoit la coniunction de la lune au soleil en ch(ac)un mois de celuy an. Item sacies que le lieu ou est trouuee le lettre en le kalendier signefye le iour de la primacion de la lune; et le nombre qui est escript dessous le lettre signefie l'eure. Et le point qui par hault est a senestre, signefie la lune soy refaire en la premiere quarte del heure; et celui point qu'est par hault a dextre, signefie en la seconde quarte; et celui point qu'est par bas a dextre, signefie en la iii^e partie del heure; et celui point qu'est a senestre par desous, signefie en la daraine quarte. Et se nulz poins ne sont trouues, la coniunction est a l'eure trouuee. Et fault commencier a conter vostre jour apres minuit deuant passe.

Item en l'anee de mille cccc et xliiii, lequel nombre est trouue en la senestre ligne, sera le T, qui est en la dextre ligne, lettre de la coniunction de celuy an, et A, qui est commencement de la ligne senestre, sera la lettre de la coniunction en l'an mil cccc et xlv.

(ll) Manuscript: Pd,56v and 58r(from "Habita notitia. . .").

(Letter table 1293(!)-1426(!), no hdg.) (Txt:) Si vis invenire litteram deservientem coniunctioni, intra ad sinistram partem tabulae et quaere numerum annis domini magis acce[n]dentem, iuxta tamen, et descende[re] sub numero, computando donec compleas annos domini; et littera, ubi terminabitur annus, deserviet coniunctioni illius anni. Verbi gratia, annus domini curreret in 1340: numerus, qui magis acce[n]dit ei ex parte (experte Pd) inferiori, est 1331. Computa ergo sic: super A 1331, super B 1332, et sic de reliquis; terminabitur ergo numerus super K, quae deserviet coniunctioni illius anni. Et sic facies semper, quandocumque volueris invenire litteram deservientem coniunctioni, renovando eam in Ianuario.

Habita notitia litterae deservientis coniunctioni, quae habetur per tabulam cyclorum, si vis invenire coniunctionem solis et lunae, intra in sinistra parte mensis, de quo vis scire, et quaere cyclum in quo invenisti litteram praedictam: unde, si litteram invenisti in primo cyclo, quaere primum cyclum, et sic de reliquis; et quaere ibi litteram praedictam. Et in illa die, in qua fuerit littera, erit coniunctio, et in illo signo et gradu in quo fuerit sol illa die; et numerus, qui est sub littera, determinat horam, et punctus partem horae: unde, si punctus fuerit in superiori angulo versus ⟨sinistram, in prima parte; si

in superiori angulo versus⟩ dextram, in secunda; si in inferiori versus dextram, in tertia (4ª Pd); si versus sinistram, erit in 4ª parte horae. Et si non fuerit punctus, erit in fine horae coniunctio.

(12) Manuscript: Da,173v.

(Letter table 1292-1653. Hdg.:) Tabula ad inveniendum litteram imprimationis lunae. (Txt:) Accipe numerum propinquiorem minorem incarnationi domini, et quod tibi deficies, comple de litteris subsequentibus in directo illius numeri, cuilibet anno attribuendo 1 litteram, donec habeas numerum completum tibi praesentem, in quo es vel quaeris; et littera, ubi deficit numerus, est illa quae erit anno illo in quo quaeris. Verbi gratia, si habes [[1330]] 1340, intra per numerum 1330, et in directo computa a prima littera A usque 10 inferius procedendo, et habebis litteram K.

Appendix 3. Variant canons to T.L.

Synopsis:
(a1) Lo,10r-v.   **(a2)** Le,19r; Ow,153r; Od,53r.   **(a3)** Bv,10r; Mk,1r.
These texts are all close to the standard one; there seems to be no further
relation between them. The manuscripts of (a1) and (a2) are English, part
of them containing later calendars.
(b1) Pl,30v.   **(b2)** N,69va.   **(b3)** Re,8v(in French).
All occur in some connexion with the Calendar.
(c1) Ny,16r-v; Pe,41v-42r; Od,7r-v.   **(c2)** Wi,14r; Sx,1r.   **(c3)** Pn,1r;
Pn,13r.   **(c4)** Bx,9r-v(in French).   **(c5)** Pd,58r(affiliation dubious).
All possibly cognate with the texts under (b). The contexts vary.
(d1) Fp,96r; P3,96r; S,21v; Or,140r; N,70r.   **(d2)** X,9r.   **(d3)** So,56v
(mixture with (d1)?).   **(d4)** N,70va(to (b)?).   **(d5)** V,68v (much ex-
tended, affiliation dubious).
Except P3, these are more or less closely connected with the Calendar.
(e) Oa,152r.
(f) Mz,133r.
(g) Ny,16r; Pr,24v.
(f) and (g) occur together with later calendars.

A further canon may be hidden in the French subscription to the T.L. in Pr,1r.
The subscription in Kh,151r, simply refers to the Computus Chirometralis.

(a1) Manuscript: Lo,10r-v.

(Hdg.:) Tabula ad sciendum in quo signo luna est omni die, et in quo gradu
eiusdem, in sequenti tabula secundum magistrum Petrum. (Txt:) Ad locum
etiam lunae habendum videas quota est dies coniunctionis ab ingressu signi,
in quo fuerit coniunctio; et in toto gradu eiusdem sol et luna coniungentur, et
ita habebis locum lunae ad diem coniunctionis. Sed si locum eius ad
quemcumque alium diem quaesieris, cum numero dierum a die coniunctionis
perfectorum in tabulam istam consequentem intres, et e directo eiusdem diei
sub coniunctionis signo descendens invenies signum, in quo est luna. Et si
gradum eiusdem signi scire volueris, respice numerum qui est a dextris
tabulae e directo dierum (diei et *ms.*) quos invenisti, quia numerus ille tibi
demonstrabit gradum signi, in quo est luna, si coniunctio facta fuerit in primo
gradu cuiuscumque signi. Sed si in quocumque alio gradu signi facta fuerit

coniunctio, cum numero graduum, quos invenisti a dextris tabulae, numerum
graduum coniunctionis addas, et si aggregatum minus 30a fuerit vel ipsum
30a, gradum signi, in quo est, tibi ostendet; et si 30a excresc[er]it, abice 30a et
residuum retine, quia tibi dicet in quo gradu signi subsequentis luna fuerit die
quaesito, hora consimili horae coniunctionis, a media nocte die incepta. Nihil
enim computatur in tabula ista de mense aliquo, priusquam coniunctio solis
et lunae facta fuerit in eodem mense et in eius signo.

Vocatur itaque totum tempus ab una coniunctione ad aliam una lunatio, et
continet in se 29 dies 12 horas et 45 minuta. Et dividitur quodlibet signum in
30a gradus, quilibet gradus in 60a minuta, quodlibet minutum in 60a
secunda, quodlibet secundum in 60a tertia. Et nota quod luna 12 signa
zodiaci in 27 diebus et 8 horis percurrit, manens in quolibet signo duobus
diebus naturalibus et fere 8 horis. Cursus eius in die naturali est 13 gradus et
10 minuta.

(Subscr.:) Finis tabulae praecedentis.

(a2) Manuscripts: Le,19r; Ow,153r; Od,53r. Text from Od, variants
and some corrections from Le; Ow, which has a few errors against Le
and is probably an apograph of it, has been disregarded. The tables
of Le Ow have an expanded right entrance (cf. *Pref.* §22), whence
variant no. 5.

Cum scire volueris[1] locum lunae omni die per tabulam signorum, videas
quota est dies coniunctionis solis et lunae in tabula coniunctionis ab ingressu
signi, in quo est sol, [et[2] videas per tabulam solis pro illo die, in quo gradu est
sol,] quoniam in tali gradu eiusdem signi sol et luna[3] coniunguntur: et ita
habes locum lunae ad diem coniunctionis. Et si locum eius ad quamcumque
aliam quaesieris, cum numero dierum a die coniunctionis perfectorum in
tabula de loco lunae inveniendo intres, et in[4] directo eius sub signo coniunc-
tionis descendens, in angulo correspondenti numero dierum a prima linea
tabulae signum invenies, in quo est luna, et similiter invenies gradum et
minutum signi illius [5]versus dextram in directo numeri dierum[5]; hoc tamen
supposito, quod coniunctio solis et lunae[6] fuerit in primo gradu alicuius signi.
Si vero coniunctio fuerit in aliquo alio gradu, tunc adde omnes gradus signi
illius, videlicet[7] a principio signi illius usque in gradum coniunctionis, super
gradus inventos in linea graduum et minutorum a dextris[8] inventa, et habes[9]
locum lunae in meridie illius diei[10] medium. Et[11] si post additionem plures
gradus fuerint quam 30, abiectis illis[12] 30 gradibus residuum ostendet, in quo
gradu signi sequentis sit luna, die quaesito, hora consimili horae[13] coniunctio-
nis, [14]a meridie diei praecedentis diem incipiendo[14].

(*Od*:) Nota quod in tabula coniunctionis solis et lunae horae et minuta
ibidem inventae sunt eiusdem diei, super quam positae sunt, et non diei
sequentis.

[1]v.s. Le   [2]om. Od   [3]solis et lunae Od   [4]e Le   [5-5]hic simul cum numero dierum correspondenti tabulae signorum Le   [6]e.l. om. Le   [7]scilicet Le [8]a.d.: hic Le   [9]habebis Le   [10]d.i. Le   [11]om. Od   [12]a(utem?) Od [13]om. Le   [14-14]inc. diem a.m. diei pr. etc. Le

(a3) Manuscripts: Bv,10r; Mk,1r.

(*Bv*, hdg.:) Ad locum lunae habendum quolibet die. (*Bv Mk*:) Videas igitur quota est coniunctionis dies ab ingressu solis in signum, in quo est sol, et in toto gradu eiusdem signi sol et luna coniungentur, et ita habebis locum lunae quoad diem coniunctionis. Si autem locum lunae ad alium diem quam ad diem coniunctionis habere volueris, cum numero dierum a die coniunctionis perfectorum intra tabulam infra positam, et quaere numerum aetatis lunae, quem invenies in sinistra parte tabulae; et signum, quod e directo illius numeri invenies sub signo, in quo est sol, quod invenies in capite tabulae, est signum in quo erit luna; et in quoto gradu[1] eiusdem signi sit luna, ostendit numerus graduum in dextra parte tabulae stantium e directo numeri dierum. Et hoc est verum, si coniunctio in primo gradu signi fuerit; sin autem, numerum graduum in tabula sic[2] inventorum et numerum graduum signi in die coniunctionis inventorum simul coniunge[3]. Et si aggregatum fuerit minus quam 30, in tali gradu signi inventi erit luna; si autem plus fuerit quam[4] 30, abiectis 30 numerus residuus ostendit, in quoto gradu signi sequentis erit luna die quaesito, hora consimili horae[5] coniunctionis, a media nocte die incepta. Si autem ad alias horas locum lunae habere volueris, semper pro duabus horis unum gradum et ⟨6⟩ minuta gradibus inventis adiunge. Et hoc est verum, si vis ad horam sequentem horam coniunctionis; si autem ad aliquam horam praecedentem, quod praedictum est subtrahe, et habebis sic locum lunae ad quamcumque horam diei volueris.

[1]om. Mk   [2]sit Bv   [3]iunge Mk   [4]*vel* quasi Bv   [5]ho(m)i(n)e Bv

(b1) Manuscript: Pl,30v. Possibly an extension of (b2).

Ad inveniendum certissime signum et gradum, in quo est luna, videas in kalendario, in quo signo est sol, quia in eodem signo est luna in die coniunctionis tantummodo. Si autem locum eius ad aliquem alium diem lunationis scire volueris, tria sunt principaliter consideranda, scilicet aetas lunae, et quot sunt dies sive gradus ab introitu solis in signum, et dies etiam coniunctionis ac ordo signorum. His scitis intra tabulam, incipiendo directe sub signo, sub quo facta fuit coniunctio, cum aetate lunae ad diem intentum; et habebis e directo eiusdem diei signum et gradum, in quo est luna, si coniunctio lunae cum sole facta fuerit in die introitus solis in signum, quod aliquotiens contingit; sin autem, supra numerum graduum ibidem inventorum addas numerum graduum signi perfectorum ab introitu solis in signum

usque ad diem coniunctionis solis et lunae. Et si numerus ille est infra 30a, in tali gradu signi inventi est luna; si autem ultra 30a numerus talis excreverit, tollas ab eodem numero 30a, et dicas lunam praesentis diei esse per tot gradus in signo sequenti, quotus est numerus residuus aut superexcrescens ultra 30a, incipiendo diem a media nocte praecedente. Si autem ad ali[qu]am horam diei hoc scire volueris, videlicet in quo gradu signi inventi sit ipsa luna, pro duabus horis unum gradum debes semper computare.

Sciendum est igitur quod signum, in quo fit coniunctio solis et lunae, semper est ponendum in principio computationis in capite tabulae in ordine signorum. – Praeterea secundum rei veritatem est notandum quod luna dumtaxat moratur in quolibet signo per duos dies et sex horas et per unum bisse. Bisse autem est gemina pars unius rei divisae in tres partes aequales. Hora vero continet 60a minuta. Sed bisse non continet nisi 40a minuta tantum, videlicet duas partes unius horae.

(b2) Manuscript: N,69va. To the lunar table reproduced in App.4(c). The present text appears as a shorter version of the preceding.

(Hdg.:) Tabula lunae abbreviata et correpta per magistrum Petrum de Dacia, correptorem huius kalendarii. (Txt:) Ad inveniendum signum et gradum, in quo est luna, videas in kalendario, in quo signo est sol, quia in eodem est luna in die coniunctionis tantummodo (t(antu)m Mᵃ *ms.*). Si autem locum eius ad aliquem alium diem scire volueris lunationis (-ones *ms.*), tria sunt principal(iter) consideranda, scilicet aetas lunae, et quot sunt dies ab introitu solis in signum, et dies (diem *ms.*) coniunctionis ad ordinem signorum. His scitis intra tabulam cum aetate lunae ad diem intentum, et habebis e directo eius signum et gradum, in quo est luna, si coniunctio fuerit in die introitus solis, quod contingit. Sin autem, supra numerum graduum ibi inventorum addas dies ab introitu signi usque ad diem coniunctionis; et si numerus ille est infra 30, in tali gradu signi inventi est luna; si autem ultra 30 excreverit, tolle 30 ⟨et⟩ dicas lunam esse per tot gradus in signo sequenti, quotus est numerus residuus. Si autem ad ali[qu]am horam diei volueris ipsam invenire, pro duabus horis 1 gradum computabis.

Scias quod illud signum, in quo est (in *ms.*) coniunctio (-ctus *ms.*), semper ponendum est in principio computationis in capite tabulae in ordine signorum.

(b3) Manuscript: Re, 8v.

(Hdg.:) Ch'est a sauoir la table de la lune mestre Pierre de Dace. (Txt:) Se vous voules sauoir en quel signe la lune est et en quel degre, vous deves sauoir en quel signe li solaus est quant la lune est nouele; et sachies que li solaus met 1 an aler sus les 12 signes, et la lune les va touz 12 en 1 mois. Se vous voles sauoir le signe ou la lune «est», queres le signe du solail ou la lune fu nouele en vostre table, et vous le troueres ou chief de vostre table. Et quant vous aves

troue le signe du solail, sachies l'age de la lune, ch'est a dire quant iours la
lune a puis qu'ele fu nouele deques au iour ou vous estes; et ne contes pas le
iour que ele fu nouuele. Et quant vous aves troue l'age de vostre lune, queres
la en vostre table, et vous la troueres en la premiere ligne vers senestre; et ales
en contre le iour ou vous seres, en descendant de sous le signe du solail, et
dites la lune est en tel signe par tant de degres com vous troueres en la
darreniere ligne vers destre, mes que vous aioutes les degres du solail, qui
sont entre la lune et le solail, auecques les degres de la lune, se l'aioustement
est meins de 30; et se l'aioustement est plus de 30, ostes les 30 et prenes le
remanant, et dites que vous est⟨es⟩ ou signe ensuiuant «par tant de degres». Et
quant la lune est nouele en contre le signe du solail, il ne conuient riens
aiouter au degre«s» de la lune.

(c1) Manuscripts: Ny,16r-v; Pe,41v-42r. Text from Ny, variants and a
few corrections from Pe. Od, on f.7r-v, has a text worded mainly like
that of Ny, but with lacunas. Excerpts of this are given at the end of
this section.

(*Ny:*) (Hdg.:) Item al. (Txt:) Si quis desiderat scire in quo signo erit luna omni die per annum, in primis debet

(*Pe:*) (Hdg.:) Ad sciendum in quo signo luna sit omni die[i] (Txt:) primo debetis

(*Ny Pe:*) scire aetatem lunae, postea in quo signo erat[1] sol in die coniunctionis
et in quo gradu eiusdem signi. Deinde quaere aetatem lunae a sinistris tabulae
sequentis[2], et tunc quaeras signum solis in suprema[3] linea [4]eiusdem tabulae,
ubi sunt 12 signa[4], scilicet ab ariete usque ad pisces; et sub illo signo[5] solis
descende[6] in directo aetatis lunae, et invenies signum lunae[7] sub signo solis[8]
contra aetatem lunae a sinistris[9], et[10] gradum lunae[11] invenies a dextris contra
aetatem eiusdem[12]. Sed cum illis[13] gradibus debes[14] addere gradum[15] signi
solis, in quo[16] erat sol in die coniunctionis; et si gradus solis et lunae simul
collecti minus 30 fuerint[17], tunc[18] luna adhuc erit[19] in eodem signo, quod erit
contra[20] aetatem eius; sed[21] si gradus solis et lunae simul collecti[22] ultra 30
excreverint, tunc luna erit in alio signo sequenti, scilicet inferius[23], et hoc[24] in
totali gradu[25], quotus fuerit numerus[26] residuus ultra 30; et habebis locum
lunae ad horam consimilem[27] qua fuit coniunctio. Si autem ad alias horas
gradus[28] lunae scire volueris, accipe horas quas vis, et semper pro 2 horis 1
gradum computabis; sed[29] si est pro horis praecedentibus[30], a loco lunae
subtrahe, et[31] si est pro[32] horis[33] sequentibus, adde, et sic locum lunae ad
quamlibet[34] horam poteris invenire.

(*Ny:*) Gradum solis sic invenies et in quo gradu signi erit sol omni die:
Quaere diem mensis, in quo sol signum intrat, et computa omnes dies ab
eodem die, illo non computato, ad diem quem quaeris, et pro qualibet die 1
gradum illius signi accipe. Et sunt 12 signa, scilicet aries, taurus, gemini,
cancer, leo, virgo, libra, scorpius, sagittarius, capricornus, aquarius, pisces, et
per illa signa supercaelestia membra humani corporis d⟨.⟩ dividuntur.

[1]erant Pe   [2]eius Pe   [3]superiori Pe   [4]·[4]*om.* Pe   [5]scilicet *add.* Pe
[6]descendente usque Pe   [7]scilicet *add.* Pe   [8]et *add.* Pe   [9]a s. *om.* Pe
[10]?alium *add.* Pe   [11]*om.* Ny   [12]eius Pe   [13]scilicet *add.* Pe   [14]lunae qui sunt
a dextris debetis Pe   [15]-dus Pe   [16]i.q.: scilicet in quibus Pe   [17]?fiunt Pe
[18]? Pe   [19]e.a. Pe   [20]cum Pe   [21]et Ny   [22]-ti[[s]] Ny; -tis Pe   [23]s.i.
om. Ny   [24]*om.* Pe   [25]?signi *add.* Pe   [26]*om.* Pe   [27]c.a.h. Ny   [28]gradum Pe
[29]*om.* Pe   [30]anteced. Pe   [31]*om.* Ny   [32]p() Pe   [33]*om.* Pe   [34]quemlibet Pe

(*Od:*) Si quis invenire voluerit in quo signo et in quo gradu signi luna sit omni die, quaerat primo aetatem lunae, postea in quo signo erat sol in die coniunctionis et in quo gradu illius signi. Deinde quaerat aetatem lunae a sinistris tabulae, et tunc quaerat signum solis in suprema linea ubi sunt 12 signa. . . (Text mainly as Ny above, but in third person). . .si autem pro horis antecedentibus, a loco lunae subtrahat, ⟨--⟩ p(er) sequentibus, addat, et habebit intentum.

(**c2**) Manuscripts: Wi,14r; Sx,1r. Text from Wi. Since Sx is very faint in parts, only the larger variants have been noted.

(*Wi:*) Nota, perlectis multis tabulis veriorem pro sacerdotibus valentem non [invenire ?sive] potui invenire nisi quam compilavit venerabilis magister Petrus de Dacia in arte computistica.

(*Wi:*) Cum aliquis desiderat scire in quo signo luna sit et quo gradu, sciat diem mensis, in quo hoc desiderat; deinde sciat lunae praeceden() aetatem; scito quaeratur aetas lunae in tabula magistri Petri de Dacia in sinistro latere,

(*Sx:*) Ad sciendum. . . (1 line illegible). . .

. . .in latere sinistro tabulae,

(*Wi, Sx fere:*) et signum, in quo fuit coniunctio, in capite superiori, et in angulo communi[1] invenietur signum lunae, et gradus invenietur in latere dextro et in directo[2] aetatis lunae. Cum illis gradibus adda⟨n⟩tur gradus, quos sol[3] pertransierat de signo suo in die coniunctionis, et si illi gradus simul collecti excesserint 30, tunc luna non est in signo quod est contra aetatem eius, sed[4] in signo sequenti descende(nte), et in [toto gradus] gradu toto, quotus[5] est maior[6] numerus quam 30. Et sic[7] habetur locus lunae in hora simillima[8] horae coniunctionis.

(*Wi:*) Et si illud ad alias horas scire volueris, tunc pro omnibus horis sequentibus addatur unus gradus et pro horis praecedentibus subtrahatur.

(*Sx:*) Et si illud ad alias horas scire volueris, tunc pro quibuslibet duabus horis addatur unus gradus, et pro horis praecedentibus subtrahatur et pro horis sequentibus addatur. Et nota quod luna moratur in unoquoque signo per duos dies et sex horas et bisse unius horae.

---

[1]*duas litt. add.* Wi   [2]e.i.d.: Sx; *om.* Wi   [3]g.q.s.:Sx; grados quos solus Wi   [4]scilicet Wi   [5]q.: Sx; *om.* Wi   [6]minor Wi   [7]n.l. Wi   [8]i.h.s.: et hora ?et s. Wi; ad horam consimilem Sx

(c3) Manuscript: Pn, with one version (Pna) at 1r, and another (Pnb) at 13r.

(*Pna*:) Quando volueris scire in quo signo et in quo gradu signi sit luna quolibet die, primo debes scire aetatem lunae, (*Pnb*:) (Hdg.:) Canon ad sciendum in quo signo luna sit quolibet die. (Txt:) Ad locum lunae habendum videas quota est dies coniunctionis ab ingressu signi, (*Pna, Pnb*:) id est quot dies luna[1] habet a die primationis eius; secundo debes scire signum solis et gradus eiusdem signi, scilicet in quo erat sol[2] in die primationis lunae; et debes computare pro quolibet[3] die unum gradum, et illos gradus debes custodire tam diu quam illa lunatio durabit. Quaere ergo aetatem lunae a sinistris huius tabulae[4], et invenies signum eius sub signo solis, scilicet[5] in quo erat sol in die[6] primationis, et invenies gradus[7] lunae a dextris[8] tabulae contra aetatem eius. Sed cum gradibus lunae adde gradus signi solis quos servasti; et si gradus solis et lunae simul collecti ultra 30a excreverint[9], tunc luna erit in[10] signo sequenti, scilicet inferius, et in totali gradu, quotus erit numerus ultra 30a; et habebis[11] locum lunae ad horam consimilem qua fuit[12] coniunctio. Et si velis scire gradus[13] ad alias horas, semper pro duabus horis unum gradum computabis.

---

[1]*om.* Pnb   [2]*om.* Pnb   [3]?qualibet Pnb   [4]h.t.: t.lunae Pnb   [5]sub signo *add.* Pnb   [6]coniunctionis sive *add.* Pnb   [7]-d(um) Pnb   [8]dictae *add.* Pnb   [9]extremitatis Pna   [10]e.i.: in alio Pnb   [11]sic *add.* Pnb   [12]fuerit Pnb   [13]-dum Pnb

(c4) Manuscript: Bx,9r-v.

(Hdg.:) Quiconcques vaura scauoir en quel signe le lune demeure et en quel degre du signe elle est cascun jour et chascune heure, (Txt:) Premierement deues sauoir en quel signe ly solaux fu le iour de le conionction d'icelle, et en quel degre du signe; et sy deues scauoir quans iours ly lune a. Apres vous deues aler a le table de le lune, et queres a senestre d'icelle l'eage de le lune. Apres queres eus ou signe de seure le signe du soleil, et descendes par desous cel signe, la ou ly solaux fu le iour de le coniunction, iusque encontre l'eage de le lune. Et a destre encontre l'eage de le lune sont ly degre de le lune. Mais auoec lez degres de le lune deues aiouster le degres du solail, la u li fu le iour de le coniunction; et se li degre du soleil et de le lune ensanble conions sont pluz de xxx, donc serra li lune en l'autre signe desouz, et en autant de degres come elle fu oultre; et vous ares le signe et les degres de le lune a telle heure come la coniunction fu. Et va la lune cascun iour xiii degres, pau plus pau mains; et si va en i[i] jour li solaux 1 degre. Et par ensi porres vous sauoir en quel degre du signe le lune serra cascun jour et a cascune heure du jour. S'ensieut le taule de le lune, et cetera.

(c5) Manuscript: Pd,58r.

Si vis scire qualibet die et qualibet hora, in quo signo est luna, computa quota est dies, de qua vis scire, post coniunctionem, non computata die[m] coniunctionis; et vade ad tabulam signorum, et quaere in sinistra parte diem et in superiori linea signum coniunctionis, et descende sub eo, donec pervenias ad rectitudinem diei. Et recipe gradus, qui sunt in dextra parte tabulae ex directo diei, et aggrega cum gradibus coniunctionis; et si ille numerus aggregatus fuerit 30 vel infra, per tot gradus erit luna in signo invento; et si excreverit 30, per tot (quot *ms.*) erit in signo sequenti. Et hoc intellegas in illa eadem hora, in qua fuit coniunctio; si autem per alias horas eiusdem diei volueris scire, pro duabus horis 1 gradum computabis. Gradum lunae habebis ad horam.

(d1) Manuscripts: Fp,96r; P3,96r; S,21v; Or,140r; N,70r. See the descriptions of Fp P3 for the headings found, with ascriptions to Peter of Dacia. In P3 some letters are hidden because of the binding; I have not noted such places if their extent appears to fit the text printed. This text mainly follows Fp.

Cum[1] [2-]volueris uti tabula magistri Petri[2], scias gradum coniunctionis[3] solis et lunae per kalendarium ipsius[4], et cuius signi fuerit ille[5] gradus; quo scito accipe aetatem lunae et cum eadem intra lineam[6] a sinistris[7] tabulae lunae positam[8]; [9]et[10] quaeras in capite tabulae lunae[11·9] signum coniunctionis, sub quo descendes[12] usque ad angulum communem[13]; et[14] invenies signum lunae[15] in illo angulo communi et gradum eiusdem signi a dextris ascriptum (*Fp P3 Or N:*) ad diem praesentem.

(*Fp Or N:*) Et hoc est verum[16], dato quod praedictus gradus fuerit in[17] initio signi. Si[18] autem in alio gradu fuerit dicta coniunctio[19], puta in secundo vel tertio[20] gradu et sic deinceps, (*Fp P3 Or N:*) quotcumque fuerint[24], eosdem addas super[25] gradus inventos[26] in tabula lunae;

(*S:*) Sed super illos gradus tuae tabulae debes addere (*P3 S:*) gradus[21] omnes[22], in quibus sol erat quando luna fuit prima[23],

(*Fp P3 S Or N:*) et illud[27] quod[28] resultat est gradus lunae ad diem praesentem, eiusdem signi, si 30 non excesserit[29]. Sed si ultra 30 numerus excreverit, videas illum numerum[30] quantus[31] fuerit, et [32]tantum debes[33] accipere[32] in signo sequenti[34] pro gradu lunae praesentis diei, quae[35] secundum Christi fideles[36] semper[37] a media nocte incipitur[38].

---

[1]autem *add.* P3   [2-2]ista t.u.v. Or; v.u. ista t. N; de Dacia *add.* P3   [3]*om.* Or
[4]k.i.: istud k. Or; k.istud N   [5]ipse S; *om.* P3   [6]numerorum *add.* S   [7]a s.:
sinistram Fp   [8]positam (p-a P3) *ante* tabulae Fp N   [9-9]*om.* Or N   [10]*om.*
P3; *def.* Or N   [11]*om.* S; *def.* Or N   [12]-das S; -dens N   [13]*om.* N   [14]*om.*
S   [15]*om.* P3   [16]v.e. Or   [17]*om.* N   [18]sin Fp   [19]d.c. *om.* N   [20]v.t.

om. N ^{21}⟨sed *(vel similia quae latent)*⟩ gradus P3 ^{22}*om.* S ^{23}nova S
^{24}q.f.: quicumque ⟨*(latet)*⟩ P3; quodcumque fuerit N ^{25}supra N ^{26}inventio-
nis N; *om.* P3 ^{27}id N ^{28}inde *add.* S ^{29}excreveri(n)t S; excederit N
^{30}residuum *add.* N ^{31}quantum N; quotus P3 $^{32-32}$accipies tantum P3
^{33}debet N ^{34}se.si. N; se. Fp ^{35}de quo quaeris quae dies S ^{36}Ch.f.:
christicolas N ^{37}semper *post* nocte N ^{38}incipit N

(d2) Manuscript: X,9r. Shorter version of the preceding.

(Hdg.:) Canon ad sciendum locum lunae. (Txt:) Si vis scire locum lunae, scias
aetatem eius et signum, in quo sol erat quando luna fuit prima; quo scito
accipe aetatem lunae et quaeras in capite tabulae signum solis, sub quo
descende[ns] usque ad aetatem lunae, et invenies signum lunae et gradum
eiusdem signi a dextris ascriptum ad diem praesentem. Et cum illis addas illos
gradus, in quibus sol erat quando luna fuit prima; et illud quod resultat est
gradus lunae, eiusdem signi, si 30 non excesserit. Sed si ultra 30 numerus
excreverit, tantum debes accipere in signo sequenti pro gradu lunae. Et erit
locus lunae similis coniunctionis horae. Et nota quod dies et horae incipiunt a
media nocte praecedente diem.

(d3) Manuscript: So,56v. Resembles (d1) at the start and (c1) at the end.

Notandum, si volueris scire in quo signo sit luna in quolibet die secundum
tabulam suprascriptam, considera gradum coniunctionis solis et lunae, et
cuius signi fuerit ille gradus, in die coniunctionis; quo scito accipe aetatem
lunae, et istam invenies a sinistris tabulae in prima linea, et descende directe
sub signo supraposito, in quo coniunctio facta fuerit (*vel* fuit), usque ad
signum correspondens aetati lunae, quia tunc in isto signo directe erit luna, et
in toto gradu eiusdem signi, quotus scriptus fuerit numerus in ultima linea
versus dextrum, correspondens illi signo et aetati lunae; et hoc addendo
gradus solis, quos sol habuit in coniunctione, ad gradum lunae, et si ultra 30a
numerus graduum excreverit, tunc 30a pone pro signo [[sequenti]], et si aliqui
fuerint ultra, in tot gradibus signi sequentis «directe» erit luna ad diem tibi
placitum, ad horam †in sp(eci)e† coniunctionis. Si autem ad alias horas diei
gradum lunae scire volueris, accipe horas quas vis, et semper unum gradum
pro duabus horis computabis et e converso fac, et habebis intentum. Et scias
quod luna dicitur prima die sequenti post coniunctionem, etc.

(d4) Manuscript: N,70va.

Respice coniunctionem solis et lunae, id est quando nova sit luna, et vide
(inde N) in quo gradu sit sol, quia in eodem est luna. Serva hunc gradum et

signum, et verte te ad tabulam lunae, et vide quotus sit dies lunationis, et
illum quaere in linea sinistra, ubi "aetas lunae" scribitur, et ibi tene digitum,
et vide superius signum in quo fuit primata luna, et descende usque ad
communem angulum; et ibi in dextra parte invenies gradum lunae, super
quem addas gradum illum super quem fuit luna primata seu in coniunctione;
et si excreverunt(!) 30, recipe tantum de signo sequenti, quantum est numerus
residuus ultra 30. – Aliquando autem sunt †cellulae duae, aliquando tres: hoc
est pro tanto quia plus currit luna quolibet die quam 13 gradus; tunc oportet
diligenter videre, utrum plus in praecedenti fuerit in eoderr. signo, et hic
videtur, quia si fuerit aggregatum plus quam 30, nunc fuit in eodem signo†

(d5) Manuscript: V,68v.

Ad sciendum tabulam istam, per quam habetur signum et gradus in quo est
luna quolibet die anni, oportet te scire primo, in quo signo et in quo gradu
signi fuerit coniunctio solis et lunae. Et hoc scias sic: Videas in quota die
mensis fuerit (*vel* fuit) coniunctio solis et lunae, et super tot dies addas 15, non
computando illum diem in quo facta fuit coniunctio illa. Et si ille numerus,
qui resultat ex tali additione, minor fuerit quam 30, tunc sol et luna fuissent
coniuncta in illo signo, quod attribuitur illi mensi, in quo facta fuit praedicta
coniunctio, et in tali gradu eiusdem signi, qualis numerus resultasset ex
additione praedicta, scilicet dierum mensis completorum cum 15. Sed si
numerus, qui resultat ex tali additione, fuerit maior quam 30, depone 30, et si
aliquid fuerit ultra illud, ostendet tibi gradum signi proximi sequentis, in quo
signo et in quo gradu eius tunc sol est cum luna coniunctus. Et si nihil
remanserit postquam reiecisti 30, dic tunc quod coniunctio fuit in primo
gradu signi proximi sequentis, mensi sequenti attributi. Debes ergo scire quod
unusquisque mensis habet aliquod signum sibi attributum, sicut Aprilis
attribuitur arieti, Maius tauro, Iunius geminis, Iulius cancro, Augustus leoni,
September virgini, October librae, November scorpioni, December sagittario,
Ianuarius capricorno, ⟨Februarius aquario,⟩ Martius piscibus. – Unde versus:
    Ap aries, Ma tau, Ju ge, Jul can, Au leo, Sep vir,
    Oct libra, No scor, De sa, Jan cap, Feb a, Mar pis.
    Hic primae syllabae semper nominant menses, secundae vero signa eis
attributa. Sic ergo habes in quo gradu cuius signi fuit coniunctio, vel est vel
erit coniunctio.
    Habito ergo signo et gradu eius, commenda diligenter ipsum memoriae.
Deinde vide aetatem lunae in aliqua die, in qua scire volueris eius gradum et
signum secundum medium motum, videndo scilicet quot dies sunt perfectae
de eius aetate; et cum tot diebus intra ad numerum dierum ad manum
sinistram scriptum in hac tabula, et super (semper *ms.*) illum numerum pone
digitum unum, ipsum custodiendo scilicet. Et videas ubi stet signum in linea
suprema eiusdem tabulae, in quo signo facta fuit coniunctio, quod prius
memoriae commendasti, et cuius gradus etiam, si [plures] fuerint [vel]
gradu⟨s⟩, prius commendasti memoriae; videas ubi stet, et descende sub
eodem signo directe cum alio digito, quousque in directo numeri, qui est in

aetate eius, quem prius cum uno digito custodisti; et quodcumque signum
stet in illa cellula, in illo est luna, et in toto gradu eius, quotus fuerit numerus
graduum scriptus in ultima linea ad dextram in directo diei vel dierum, cum
qua vel cum qu[al]ibus intrasti. Et scias quod istud est verum, supposito quod
invenisses (-set *ms.*) praedictam coniunctionem fuisse factam in principio illius
signi, quod prius memoriae commendasti. Sed si non fuisset facta in principio
signi, immo forte in 6. vel in 7. gradu illius signi, vel in quocumque gradu
illius signi, addas omnes illos gradus super gradus iam inventos in ultima
linea versus dextram manum, et habebis gradum caeli, in quo fuerit luna in
die [ad diem] in qua volueris. Et si forte numerus graduum resultans ex tali
additione maior est quam 30, tunc debes reicere 30 pro illo signo, quod prius
in suprema linea accepisti, scilicet pro illo signo in quo facta fuerit praedicta
coniunctio, et sub quo signo etiam tunc descendisti usque ad directum
dierum qui fuerint in aetate lunae usque in diem in quo es; et si sit unum in
residuo, tunc luna est in primo gradu signi proximi sequentis, et si sint duo in
residuo, tunc est in secundo gradu eius, et sic deinceps. Et si nihil fuerit
residuum, postquam reiecisti 30 pro praedicto signo, adhuc erit in primo
gradu proximi signi sequentis, scilicet iuxta principium illius gradus. – Est
autem ordo et successio signorum denominatus in his versiculis, inceptis in
ariete, qui est primum signum: Est aries taurus etc.

(e) Manuscript: Oa,152r.

Si per hanc tabulam locum lunae invenire volueris, scilicet signum et gradum
in quo est luna, operab⟨er⟩is sic: Videas enim aetatem lunae in prima linea
huius tabulae, et signum quod in directo eius fuerit, sub signo tamen sub quo
luna fecit, et illud est signum in quo est luna; numerus autem graduum in
directo illius diei repertorum est numerus graduum signi, in quo est luna, hoc
tamen supposito, quod [«si»] luna fecerit et innovata fuerit in principio signi.
Si autem in aliis partibus fuerit innovata, supra numerum graduum iam
inventorum in tabula adde gradus, quos pertransivit luna in signo tempore
suae innovationis; et ex ista additione si excrescit «minus» 30a, quod
excreverit erit numerus graduum signi, in quo est luna; si vero plus 30a
excreverit, abiectis 30a quod remanserit erit numerus graduum signi sequentis
inferius reperti in tabula. Utrum autem in principio signi vel in alio quovis
gradu luna innovata fuerit, scire poteris per signum et gradum solis tempore
suae innovationis: cum enim luna innovatur, oportet esse in eodem signo et
gradu signi cum sole.

(f) Manuscript: Mz,133r. Included in a set of canons to a calendar
starting in 1463 (App.5(j9)).

Si gradus lunae quolibet die determinate scire volueris, scias primo determi-
nate horam diem et minutum coniunctionis proximo praeteritae, et ad idem
tempus medium motum solis, id est signum et gradum et (?a(ut) *ms.*) etiam

minutum, si placet, medii motus solis. Scias etiam aetatem lunae sive
lunationis, a tempore scilicet coniunctionis numerando dies perfecte transac-
tos usque ad diem considerationis tuae; quibus habitis, intra tabulam istam,
gradus scilicet lunae, cum signo solis in superiori parte tabulae et cum aetate
lunae in sinistra eius parte; et in angulo concursus primo signum lunae
habebis. Gradus vero et minuta ipsi correspondentes angulo adde gradibus et
minutis medii motus solis tempore mediae coniunctionis, et habebis determi-
natum gradum lunae, immo fere minutum in quo est luna, ad horam «?eius»
diei consimilem horae coniunctionis; isto generali notato quod, si ex tali
additione minuta excreverint 60, adde pro 60 deletis unum gradum gradibus,
et si gradus 30 excesserint, totidem abiectis adde pro eis unum signum signis
lunae.

(g) Manuscripts: Ny,16r; Pr,24v. The contexts include the English
calendars mentioned in App.5(j7). This canon serves for lunar tables
with multiple entrances for the degree-values (cf. descriptions of
Ny,18v-19r; Pr,22r; *Pref.,* §22), where degree-values belonging to
different signs have been separated by red lines (text below). In Pr the
canon has been attached to a T.L. which is almost the standard one.
In Ny it forms the second part of a note on the signs headed "Canon
tabulae [[?]]". Text from Ny, with variants and corrections from Pr.

Ut autem signum et gradus lunae prompte habeantur, intrandum est in
capite[1] sub[2] signo et gradu, in quo fuit ipsa coniunctio[3], vel cum gradu sibi
propinquiori minori, et[4] cum aetate lunae ad latus sinistrum, in quorum
concursu[5] gradus ipse, vel per solam additionem excessus ad ipsum[6], ibi
invenitur, qui illius signi correspondens[7] erit[8], ad quod ducet te[9] linea rubea
proximo transversalis.

(*Ny:*) Et rubea enim linea proximo superior signum ostendet, si coniunctio fuerit in signis septentrionalibus, quae in capite tabulae scribuntur[10] a sinistris, sed rubea proximo ⟨inferior⟩ idem ostendet, si coniunctio fuerit in signis meridionalibus, quae ponuntur a dextris.	(*Pr:*) Rubea enim linea inter gradus et signa distinguit.

---

[1]tabulae praecedentis *add.* Pr   [2]suo *add.* Pr   [3]i.c.f. Pr   [4]*om.* Ny   [5]con-
cursus Pr   [6]ipsam Pr   [7]correspondet(ur) Ny   [8]*om.* Pr   [9]q.d.t.: quam te
ducet Pr   [10]-bitur *ms.*

Appendix 4. Lunar tables other than T.L.

See *Preface* §22 for some lunar tables which may be taken as developed from T.L.

(a) *Tabula lunae* (12×12, beginning with Aquarius; an upper entrance row shows month-names beginning with January; in the left entrance column, with the age of the moon, numbers shared between two adjacent rows are either replaced by two "S" or simply written over the row-boundary. There is no right entrance column). See p.14, and P.L.90,753-4. Cordoliani (1955b,308; 1960,117 n.50) knows ninth-century manuscripts of it, and puts it at least as early as Bede. In our period it was very common, often in company with Grosseteste's calendar (*Pref.*§6) and/or the *tabulae Gerlandi* and *tabula terminorum* ((a2) below); see *Pref.*§2c for examples of manuscripts.

In the manuscripts L,9r; Kr,9r; W,67v; Md,74r; Ef,199r, the table occurs in connexion with the Calendar or related texts. In M8,55r; *p.14* Vp,175v, it has been ascribed to Peter of Dacia, and attempts have been made to fit it with one or both entrance columns of the T.L., as has also happened in W. Conversely, in S,21v and Oa,152r the T.L. has been provided with a left entrance column from the present table.

For documentation I reproduce a selection of the canons found with this table. I have seen some further ones in Vp (cf. description); London, B.L., Sloane 568,8r(15th c.; T&K 1314), Cambr., U.L., Mm.4.43(14th c.; T&K 356), Rome, B.N.Vitt.Emm., 301,2r(15th-16th c.). These are short and nondescript.

(a1) T&K 607, cf.602 with attribution to Peter taken from the secondary ascription in M8. Text from Cambr., U.L., Ji.1.17,57r(=A1; 14th c.), with variants from M8,55r.

Haec tabula docet in quo signo sit luna secundum naturalem lunationem[1], id est[2] de prima ad primam. Vide ergo quotae aetatis sit luna vel quot dierum, et

numerum quantitatis lunationum vel[3] dierum quaere in sinistra parte tabulae descendendo; et sub illo signo directe sub mense posito – in directa linea[4] sub mense, in quo sumus, a die lunationis vel aetatis lunae – infallibiliter sumus. 2 semis, id est dimidia[5], significant 1 diem dimidium[6], scilicet naturalem.

[1]l.n. M8   [2]i.e. *om.*M8   [3]ne M8   [4]l.d. M8   [5]-diam M8   [6]1 d.d.: 1 d. dim() Al; unum d. dimidium M8

(a2) T&K 607, cf.1553. Text from Paris, B.N., lat.7475,59r(=P4; early 14th c.). Other manuscripts: Budapest, O.S.K., 29,39r(=B2; late 14th c.); København, K.B., Thott 825,39r(not used); Kr,11v; London, B.L., Arundel 220,314v(=L2; 14th c.); London, B.L., Harley 3814,80r (=L3; 13th-14th c.); London, B.L., Sloane 514,11v(=L4; 13th c.); Paris, B.N., lat.7366,32va(=P2; 14th c.); Vatican, B.A.V., Urb.lat.507,202v (=V2; 14th c.); Wien, Oe.Nb.,2367,9v(=W2; early 14th c.).

In B2 L3 L4 P2 V2 the lunar table with the present canon forms part of a collection (cf. Wordsworth 1904,140-1; Cordoliani 1960,136) which also comprises the Tabulae Gerlandi (App.5(a)) and the Tabula terminorum (App.5(d1)); in Kr some further tables have been added, and a "tabula Dionysii" (App.5(c1)) takes the place of the Tabula Gerlandi. In P2 the canons to the tables just mentioned are "Tabula secunda tabula terminorum dicitur, quoniam in illa termini 5 festorum mobilium inveniuntur..." (also in L4 V2 Kr) and "Tertia tabula principalis Gerlandi dicitur, cuius longitudo per 28 distinctiones protenditur, quoniam cyclus solaris..." (also in L3 V2; about the same text in Kr, and in W,68v). The ordering of the tables varies.

I report all readings of P4, and all others except where one manuscript differs from the rest.

Haec tabula[1] docet in quo signo sit luna secundum naturalem lunationem[2], id est de prima ad primam. Vide ergo quota sit luna, et numerum, quem aetas lunae continet, quaere in [3]exteriori linea versus sinistram[3]. Duo autem SS[4] unum integrum numerum[5] designant[6], ita quod luna sit in primo semis dimidia [7]et in[8] alio dimidia[7]. Invento[9] autem in prima linea numero[10], illi respondet signum in quo [11]luna est in Ianuario, et sic de ceteris[11].

[1]h.t.: tabula prima tabula lunae dicitur (quae d.t.1. V2) quae P2 V2 W2; tabula signorum B2; sequitur tabula signorum vel medicorum cuius utilitas est quod ipsa Kr   [2]l.: primationem W2; primationem sive 1. L3; *def.*L2   [3-3]sinistra parte (*om.*P4) tabulae L3 P4   [4].s. L3; semis L2 W2; semis scilicet ista duo .ss. Kr   [5]u.i.n.: u.i. Kr; u.n.i. L4 P2 V2; n.i. W2   [6]designat V2; significat B2 W2   [7-7]*om.* L3; in alio W2   [8]*om.* B2 Kr   [9]inventa Kr; inventio P2   [10]tali sub

mense dato *add.* W2   [11-11]luna (linea P2 V2; *om.* Kr) est in Ianuario et sic de ceteris (aliis Kr; mensibus *add.* L2 L4): Kr L2 L3 L4 P2 P4 V2; luna est B2; est luna explicit W2

(a3) T&K 674,675. Text from Cambr., Trinity C.,O.2.45,p.98(=A1; 13th c.); variants from Cambr., U.L.,Ji.1.13,40r(=A2; late 14th c.).

(*A1 A2:*) In hac tabula sequenti[1] potest inveniri in quo signo[2] sit luna quolibet[3] die. Tene aetatem lunae, quam ille numerus in dextra[4] parte scriptus significat[5], et inde menses superius[6] notati sunt, et per illam lineam illius mensis, de quo quaeris[7], venies ad aetatem lunae, et in illo signo, quod inscriptum[8] est, luna moratur[9] (*A2:*) duobus diebus et semis, quia luna in unoquoque signo duobus diebus et 12 horis moratur, et ideo semis dies ad superius et semis ad inferius pertinet signum.

[1]signorum A2   [2]*om.* A2   [3]tota A2   [4]sinistra A2   [5]designat A2   [6]s.m. A2   [7]inquiris A2   [8]ibi scriptum A2   [9]m.l. A2

(a4) Text from W,67v; variants from L,9r.

Haec tabula docet in quo signo sit luna singulis diebus in caelo. Ad hoc sciendum oportet primo[1] praesciri aetas lunae secundum kalendarium[2], scilicet si sit unius diei vel 10 vel 20, et cetera[3], et illa aetas quaeratur in latere[4] tabulae versus sinistram[5], [6]et quaeratur nomen mensis, cuius lunam tu quaeris[6], in[7] inferiori parte[8], et[9] qui cancellus directe correspondet[10] aetati lunae et nomini eiusdem mensis[11], ostendit[12] tibi in quo signo luna sit, et quid [13]sit faciendum et sanabile[13] in tali signo[14]. Notandum quod luna in quolibet signo 3° dimidio die discurrit, et illa dimidietas designatur per 0[15]; nam ubi duo 0 concurrunt[16], signum est quod luna fuit[17] in praecedenti signo dimidio die et in subsequenti[18] dimidio, et sic duo 0 [19]faciunt unum diem naturalem[19].

[1]o.p.: debet L   [2]novum kalendare L   [3]sic de singulis L   [4]istius *add.* L   [5]v.s. *om.* L   [6-6]et etiam nomen lunae de qua quaeris L   [7]*om.* L   [8]tabulae inveniatur *add.* L   [9]*om.* L   [10]-dens L   [11]e.m.: et L   [12]-det L   [13-13]tunc sit observandum L   [14]textus circumscriptus declarabit *add.* L   [15]per 0 des. L   [16]invenies L   [17]fuit *post* signo L   [18]sequenti L   [19-19]semper pro uno die computantur L

(b) Manuscript: K,56v-57r. See *Introduction* §6a.

(Hdg.:) Ars istius tabulae lunae sequentis. (Txt:) Ad praesentis tabulae notitiam scire debes quod luna totum zodiacum peragrat in 27 diebus et 8 horis. Moratur etiam luna in quolibet signo per duos dies naturales et 6 horas et duas partes unius horae, videlicet per 6 (*mg.*; [[.]]4 *textus*) horas integras et duas partes unius. In quolibet vero gradu secundum hanc computationem moratur

per unam horam et dimidiam et 6am et 10am et 13am ac 40am partem unius horae. In die vero naturali motus lunae est 13 gradus et 6a pars unius et paulo plus, quod est quasi insensibile. Motus autem eiusdem in dictis 8 horis est 4 gradus et 3a et 6a pars unius praeter rem modicam, quae ex dicto insensibili, quod in 27 diebus ipsius lunationis omittitur, colligitur et istis 8 attribuitur, ut facilius ad effectum praesentis tabulae veniatur. Haec autem res modica est 9a pars unius gradus, quae per aequales partes deberet attribui 27 diebus et 8 horis praedictis; sed propter confusionem, quae eveniret, relinquitur indivisa.

TABULA LUNAE AD INVENIENDUM LOCUM EIUS, VIDELICET IN QUO GRADU CUIUS SIGNI SIT,																											
Aries 1	14	27	10	23	6	19	2	15	28	11	24	7	20	3	16	29	12	25	8	21	4	17	30	13	26	9	22
2	15	28	11	24	7	20	3	16	29	12	25	8	21	4	17	30	13	26	9	22	5	18	**Aquarius** 1	14	27	10	23
3	16	29	12	25	8	21	4	17	30	13	26	9	22	5	18	**Scorpius** 1	14	27	10	23	6	19	2	15	28	11	24
4	17	30	13	26	9	22	5	18	**Leo** 1	14	27	10	23	6	19	2	15	28	11	24	7	20	3	16	29	12	25
5	18	**Taurus** 1	14	27	10	23	6	19	2	15	28	11	24	7	20	3	16	29	12	25	8	21	4	17	30	13	26
6	19	2	15	28	11	24	7	20	3	16	29	12	25	8	21	4	17	30	13	26	9	22	5	18	**Pisces** 1	14	27
7	20	3	16	29	12	25	8	21	4	17	30	13	26	9	22	5	18	**Sagitt.** 1	14	27	10	23	6	19	2	15	28
8	21	4	17	30	13	26	9	22	5	18	**Virgo** 1	14	27	10	23	6	19	2	15	28	11	24	7	20	3	16	29
9	22	5	18	**Gemini** 1	14	27	10	23	6	19	2	15	28	11	24	7	20	3	16	29	12	25	8	21	4	17	30
10	23	6	19	2	15	28	11	24	7	20	3	16	29	12	25	8	21	4	17	30	13	26	9	22	5	18	0
11	24	7	20	3	16	29	12	25	8	21	4	17	30	13	26	9	22	5	18	**Capricor.** 1	14	27	10	23	6	19	0
12	25	8	21	4	17	30	13	26	9	22	5	18	**Libra** 1	14	27	10	23	6	19	2	15	28	11	24	7	20	0
13	26	9	22	5	18	**Cancer** 1	14	27	10	23	6	19	2	15	28	11	24	7	20	3	16	29	12	25	8	21	0

Per hanc igitur tabulam habetur locus lunae in signis. Longitudo ergo istius tabulae 13 distinctiones sive gradus continet, quia tot gradus integros, ut dictum est, peragrat luna in die naturali. Latitudo vero eius in 28 distinctiones protenditur, in quarum ultima linea versus dextram inferius sunt 4 cellulae vacuae, quae nihil penitus operantur. Sunt enim in totali tabula 364 cellulae, sed in toto zodiaco non sunt nisi 360 gradus; et cum quaelibet cellula unum contineat signi gradum, dictae 4 ultimae cellulae vacuae remanebunt. Et nota quod ubi scribitur nomen signi, ibi est primus gradus eiusdem signi scriptus.

Si ergo velis scire, in quo signo et in quoto gradu illius signi sit luna, quaere in kalendario magistri P. de Dacia, qui magis appropinquat veritati, diem primationis lunae, et considera, in quo signo et in quoto gradu illius signi fuit sol illo et eodem die primationis lunae – quod tibi per tabulas quadrantis patebit – quia luna in tali signo et in totali gradu illius signi primo accenditur a sole, in quali signo et in quoto gradu signi est sol in ipsa die primationis.

Habitis itaque die, signo et gradu, in quibus primo luna accensa fuit, idem gradus eiusdem signi sumatur in tabula praesenti, et ab illo loco computentur tot cellulae, procedendo in eadem linea versus dextram, quot sunt dies elapsi a die primationis usque ad diem, de quo quaeris; et ubi terminatur talis computatio, in tali signo et in tali gradu eiusdem est luna in initio diei, de quo

ubi est aer calidus et subtilis propter vicinitatem ignis; medium, ubi est aer
frigidus et caliginosus, et ibi dicitur esse habitatio daemonum, et ibi
generantur impressiones, grandines, nives et tonitrua; infimum interstitium est
apud nos, ubi est aer temperatus propter reflexionem radiorum solarium a
terra reverberantium. (46) *De sphaera aquae.* Sphaeram aeris sequitur sphaera
aquae, et est aqua frigida et humida et circumdat terram sicut cetera elementa,
praeter partem unam terrae, quae dispositione divina sicca permansit propter
vitam animalium inspirantium et respirantium conservandam. (47) *De sphaera
terrae et tribus eius partibus.* Deinde sequitur sphaera terrae, quae omnium est
infima et in medio totius universi orbis immobiliter locata; et est terra frigida
et sicca, et in eius medio infernus esse dicitur. Pars autem terrae habitabilis
dividitur in partes tres[175], scilicet Asiam, Africam et Europam, quae ulterius in
diversas provincias, regiones et regna dividuntur, ut in mappa mundi plenius
videre poteris. Nos autem Alemanni sive Germani in Europa parte constituti
sumus[176]. [177]Et has 14 sphaeras et tres partes terrae habitabilis in figura videre
poteris satis clare[177].

Bu   [175]p.t.: t.p. Bu   [176]sumas Bv Mk   [177·177]et harum omnium sphaera-
rum figuram habes verso folio Bu   [178]*sub circulo firmamenti habet* Bu *circulum qui
nomina signorum continet*

(48) *Sequitur de planetis magis specialiter.* Nunc de planetis magis in speciali est videndum. Et ut[179] scias qualitates planetarum, nota hos versus.

Versus de qualitate planetarum:
Frigidus et siccus Satur, Jupiter aestuat udus,
Mars et[180] sol sicci fervent, sed luna Venusque
Udae frigescunt, medius Cilleneus[181] esto.

Et nota quod calor Martis est mortalis, caliditas vero solis vitalis. Ut autem scias, quis planeta sit benevolus et quis malevolus et quis mediocris, nota hos versus.

Versus qui planetae boni, qui malevoli:
Jupiter atque Venus boni sunt, Sat Marsque maligni,
Sol et Mercurius cum luna sunt mediocres.

Et ut scias quanto tempore quilibet[182] planeta percurrat zodiacum, nota hos versus.

Versus quanto tempore quilibet[183] planeta percurrat zodiacum:
Annis triginta per signa meatque Saturnus,
Atque duodenis percurrit Jupiter annis,
Zodiacum totum Mars binis pervolat annis,
Trecentis sexagenis ac quinque diebus
Ac horis sex zodiacum sol pervolat omnem,
Trecentis bis viginti Venus octo diebus
Currit, trecentis bis denis Mercurialis,
Octo bis decem concurrit luna diebus.

(49) *Sequitur specialiter de Saturno.* Saturnus inter planetas nobis est remotissimus[184], frigidus et siccus effective, et ideo, cum hae[185] qualitates sint generationi contrariae, perdit omnia terrae nascentia in illa terra, in qua dominatur. Et ideo dicitur Saturnus quasi 'satur annus' per contrarium[186]. Percurrit zodiacum in 30 annis. Saturnus etiam est malevolus, et ideo in rebus malos causat effectus; praeest homini a 58 annis usque ad finem vitae; et primo mense conceptionis conceptum infrigidat sua frigiditate, et in matrice coagulat et siccat. Disponit hominem sub eo genitum fuscum, paucos pilos in barba et in maxillis habentem, qui cum ambulat, in terram oculos mergit; et est[187] macer, parvos habens oculos, pilos asperos et incultos[188] habet, piger, raro ridet, iracundus venenosus et turpis, ingeniosus circa artes viles, turpia amat vestimenta, callidus est, aliud sonans ore[189], aliud corde machinans. (*3 versus et alia pauca add.* Bu) **(50)** *De Jove.* Jupiter secundum suum effectum est calidus et humidus, et idcirco naturae amicus, cum hae qualitates sint principium generationis et vitae. Et ideo[190] dicitur Jupiter quasi 'iuvans pater'. Benevolus est; in 12 annis zodiacum percurrit; praeest homini a 46 annis usque ad 58; ex bonitate sua temperat et reprimit malitiam Saturni et Martis.

Bv Mk Bu
[179]e.u.: u.e. Bu   [180]*om.* Bu   [181]-nus Bu   [182]quae- Bv Mk   [183]quaelibet Bv; *def.* Mk   [184]est *add.* Bu   [185]dictae *add.* Bu   [186]anthipherisim sive per contrarium et Bu   [187]homo *add.* Bu   [188]-tus Bv Mk   [189]et *add.* Bu   [190]ergo *vel*

Est colore argenteus; mense secundo conceptionis fetui dat[191] membra et spiritum. Facit hominem bonum et honestum, cui barbam dat rotundam, pulchros oculos, dentes duos superiores dat maiores, et aliquando[192] aliquantulum divisos facit; huius hominis in facie est color albus mixtus rubeo, utitur libenter vestibus pulchris; capilli longi et pulchri more religiosorum; in eundo terram respicit; est misericors, diligens bonum, detestans malum. Disponit etiam ad artes subtiles, ut est legere, scribere, pulchras res tractare, ut pulchros pannos[193], aurum et argentum. (2 versus ins. Bu) **(51)** *De Marte.* Mars in effectu[194] calidus et siccus, quodammodo vitae contrarius, malevolus; et dicitur Mars quasi 'mors': per eius enim impressionem multae fiunt causae mortis. Dicitur etiam deus belli et discordiarum dominus; percurrit zodiacum in duobus annis; praeest homini a 31. anno usque ad[195] 46.; tertio mense conceptionis ossa conceptui[196] et membra interiora componit. Mars dat hominem curvum habere corpus ipsumque grossum; facit hominem scismaticum; huius in facie color rubeus mixtus nigro, id est brunum habet colorem, sicut qui ad solis radios[197] vadunt, et in facie saepe habet grana rubea; raros in barba pilos gerens, quasi spado deputatus est[198]. Sciunt et noverunt inter homines discordias seminare, dehonestant bella, inter[199] quietos lites seminant; qui sub eo nascuntur sunt igniferi, ut fabri, coci, macellarii[200], sanguinis effusores, crudeles et immisericordes et vindictam accipientes. Et ipse Mars est rutilans sicut ignis et disponit ad masculinum sexum. (*17 verba et 2 versus add.* Bu) **(52)** *De sole.* Sol calidus[201] et siccus in effectu; qualitates eius sunt vitales, et causa generationis mediocris est, id est, cum bonis bonus, cum malis malus; et dicitur sol quasi 'solus super omnia lucens'; omnes enim stellae lumen recipiunt a sole. Et est maxima stellarum et planetarum, quia est centies sexagesies maior terra; percurrit zodiacum totum in uno anno; praeest homini a 22. anno usque ad 31. annum; in quarto mense conceptionis dat conceptui[202] sanguinis caliditatem et perficit totum corpus. Disponit ad masculinum sexum, facit hominem plenum, pulchrae faciei et albae mixto[203] colore citrino, quandoque magnorum oculorum; iuxta magnos viros libenter moratur, humilis aliquando, licet ex natura nobilis; optat[204] dominia, et aliquando ex solaribus fiunt principes, et sunt agiles[205]. Sol etiam praeest auro et disponit ad opera auri, et est aurei coloris; sol cursu suo tempora distinguit, vapores elevat; appropinquans nobis aestatem facit, recedens[206] hiemem efficit, communis est omnibus medius planetarum. (*15 verba et 2 versus add.* Bu) **(53)** *De Venere.* Venus est planeta in effectu frigidus et humidus, benevolus, et idcirco[207] bonos habet effectus; percurrit zodiacum in tanto tempore sicut sol fere. Praeest homini a 14. anno usque ad 22. annum; mense quinto conceptionis dat conceptui plene[208] aures, supercilia, nasum, et faciei membra,

---

igitur *omnes*   [191]f.d.: fecundat Bu   [192]eos *add.* Bu   [193]per annos Bv Mk
[194]est *add.* Bu   [195]*om.* Bv Mk   [196]-pti Bv Mk   [197]radies Bv Mk   [198]*om.* Bu
[199]homines *add.* Bu   [200]c.m.: cocinia cellarii Bu   [201]est *add.* Bu   [202]-ptui
omnes   [203]-tus Bv Mk   [204]optet Bu; aptet Bv Mk   [205]s.a. *omnes*   [206]a
nobis *add.* Bu   [207]ideo Bu   [208]c-tui p. *omnes*   [209]committatur Bv Mk

testiculos iuvat, disponit ad sexum femineum. Facit hominem pulchrum, pulchros habentem capillos et pulchra supercilia; dulcia ac mollia fundens verba, mediocris est staturae; totus Venereus, movet se in eundo aut aliquid faciendo leviter cum lascivia; cantator, saltator, amat instrumenta musicalia, delectatur in vestimentis pulchris. Venus quandoque est lucifer, quandoque vesperus, quia semper comitatur[209] solem, et maxima elongatio Veneris a sole est 45 graduum; et quando[210] praecedit solem, est lucifer, quando sequitur, est vesperus. (*2 versus ins.* Bu) (**54**) *De Mercurio.* Mercurius nullius qualitatis est determinate, quia nec calidus nec frigidus nec humidus nec siccus esse dicitur, sed indifferens est, sicut speculum indifferens est ad quamlibet formam recipiendam, quae sibi obicitur; unde cuicumque planetae coniungitur[211], eius qualitatem et complexionem inferioribus fortius nuntiat. Et ideo[212] bene dicitur interpres deorum, id est planetarum, qui dii dicebantur. Dicitur etiam Mercurius quasi 'mercatorum kyrios', id est dominus. Est mediocris sicut sol, id est cum bonis planetis bonus, cum malis malus; est minor inter planetas; complet cursum suum in[213] zodiaco trecentis XXXa diebus. Et praeest homini a 4. anno usque ad 14. annum; sexto mense conceptionis conceptui[214] foramina, nares, linguam ordinat. Raro videtur, quia semper prope solem graditur: maior enim distantia, qua a sole recedit, est 23 graduum. Coloris est fusci, quia radiis solaribus obumbratur. Disponit ad utrumque[215] sexum; disponit ad arismeticam et computationem; facit hominem gracile corpus habens[216]; est autem mercurialis homo sapiens, lectioni libenter vacans, staturae saepius mediocris, sufficienter acquirens amicos, sed non leviter retinens; pulchram barbam, subtilia quandoque gerit labra[217] et nasum similiter; quod inceperit cito complebit; coloris medii mixti et variabilis, quia nunc albus, nunc niger; frontem elevatam habens; iuxta potentes et nobiles libenter moratur. (*2 versus ins.* Bu) (**55**) *De luna.* Luna[218] humida et frigida: habet enim potentiam super humidum; mediocris est ut sol et Mercurius; percurrit zodiacum in 28 diebus et modico plus. Dicitur autem luna quasi 'luce nitens aliena'[219]. Praeest homini a nativitate usque ad 4. annum; septimo mense conceptionis plasmat pulmonem et dividit membra per loca sua; et si puer tunc nascitur, est vitalis, quia omnes planetae sunt in eo operatae[220] suum effectum. Sed si in octavo mense puer nascitur, non vivit, quia retrocessio fit ad Saturnum, qui frigiditate sua restringit membra concepti[221]. Nono mense natus vivit, quia regnat in eo Jupiter, qui nulli nocet sed omnibus prodest. Disponit ad sexum femineum. Luna autem dat hominem nullius esse servitii, qui die ac nocte ire desiderat, huc atque illuc discurrens, nec leviter stabilis manet alicubi. Faciem habet rotundam, staturam mediocrem; est autem illi unus oculus maior altero, vel est strabo vel omnino orbus altero oculorum; nullatenus vitio oculorum carebit. Nuntius est nugarum, venditor olei, mellis, ficuum et huiusmodi. (*11 verba et 2 versus add.* Bu)

Et haec de proprietate planetarum dicta sufficiant.

---

[210]vero *add.* Bu   [211]iung- Bv Mk   [212]ita Bv Mk   [213]s.i. *om.* Bv Mk   [214]-pto Bv Mk   [215]utramque Bv Mk   [216]habens *omnes*   [217]labia Bu   [218]est

(56)[222] Et nota quod hi septem planetae[223] denominant dies hebdomadae: qui enim[224] in prima hora diei artificialis dominatur, totum illum diem denominat cum sua nocte. Secundum autem positionem philosophorum et astronomorum dominatur Saturnus in prima hora diei sabbati; datis ergo[225] horis subsequentibus planetis secundum ordinem planetarum, patet quod sol dominatur in diei subsequentis hora prima, scilicet in dominica, et sic de aliis. Ut autem scias quis planetarum regnet in qualibet hora cuiuslibet diei, vide tabulam infrascriptam[226], in qua facillime hoc videre[227] poteris hoc modo, quia in capite tabulae invenies septem dies hebdomadae: capias ergo numerum horae, de qua quaeris[228], et planeta stans e directo[229] illius numeri et sub die, de cuius hora quaeris, est planeta regnans in tali hora.

(57) [230]*Tabula ista ostendit quis planetarum regnet in qualibet hora cuiuslibet diei naturalis. Planeta igitur inventa e directo alicuius horae sub die, de cuius hora*[231] *quaeritur, regnat in tali hora*[230].

Numerus horarum diei naturalis				Dies solis	Dies lunæ	Dies Mart.	Dies Merc.	Dies Jov.	Dies Ven.	Dies Sat.
1	8	15	22	Sol	Luna	Mars	Merc.	Jup.	Venus	Sat.
2	9	16	23	Ven.	Sat.	Sol.	Luna	Mars	Merc.	Jup.
3	10	17	24	Merc.	Jup.	Venus	Sat.	Sol	Luna	Mars
4	11	18	0	Luna	Mars	Merc.	Jup.	Venus	Sat.	Sol
5	12	19	0	Sat.	Sol	Luna	Mars	Merc.	Jup.	Venus
6	13	20	0	Jup.	Venus	Sat.	Sol	Luna	Mars	Merc.
7	14	21	0	Mars	Merc.	Jup.	Venus	Sat.	Sol	Luna

add. Bu   [219]-ne Bu   [220]-ate *omnes*   [221]-pti *omnes*   [222]sequitur videre in tabula subsequenti quis planeta regnet in qualibet hora diei naturalis et quid sit agere bonum vel vitare in hora cuiuslibet planetae *add.* Bu (*rubr.*)   [223]supranotati *add.* Bu   [224]est Bv Mk   [225]*om.* Bv Mk   [226]v.t.i.: est quaedam parva tabula infra sequens Bu   [227]videri Bv Mk   [228]d.q.q.: de quacumque quaeris in sinistra parte tabulae positum Bu   [229]versus manum dextram *add.* Bu
Bv Mk So Bu
[230-230]*alia* So; *om.* Bu   [231]hore Bv Mk; *def.* So,Bu

(58)[232] Sed quia sic videri poterit[233] quis planeta regnet in qualibet hora diei, bonum est videre quid bonum sit agere vel quid vitare in hora cuiuslibet planetae[234]. (59) [235]*Quid bonum agere vel vitare in hora Saturni*[235]. In hora Saturni non bibas medicinam, nec incidas nec induas pannos novos, nec abradas caput, nec intres ad regem, nec intres ad navigium, nec emas servum vel servam[236], nec habeas placitum, nec minuas de vena nec ventosa, nec iter arripias[237] per terram nec per mare; sed potes inquirere inimicum, et fugit[238]; emere[239] arma, cavare fossam, arare terram. (60) *De hora Iovis.* In hora Iovis fac cum mulieribus coniugium, incidas pannos, incipe iter, semina, planta, incipias aedificium; non emas arma nec bestias nec aves, nec intres naves ut per aquam ambules. (61) *De hora Martis.* Hora[240] Martis in omni re abhorrenda est, [241]in omni initio et facto[241], qualecumque illud fuerit. (62) *De hora solis.* Hora solis est infortunata nisi in[242] intrando ad regem; sed non intres ad regem, quando sol occiderit. Potes autem[243] in ea[244] petere sapientiam, et domum emere et[245] arma, exire venatum, recipere dignitatem. (63) *De hora Veneris.* In hora Veneris intromittas te de ioculationibus et solaciis; facias cum mulieribus coniugium, bibas medicinam et species, incipias iter, fac quidquid ad mulieres pertinet; non intres in aulam, nec minuas de vena, nec ventosa, nec plantes arbores nec semines aliquod genus seminis. (64) *De hora Mercurii.* In hora Mercurii scribe cartam, mitte nuntium, mutua quidquid vis, bibas medicinam, planta arbores, pone puerum ad omnem disciplinam; non facias cum muliere coniugium, nec emas hereditatem nec servos, nec muta te de una domo in aliam domum. (65) *De hora lunae.* In hora lunae non incipias aedificium, non incidas pannos; sed incides arbores, fodias fossata et puteos, da filium ad discendum litteras.

(66) [234]Sunt autem hae electiones de horis planetarum receptae de libro Ababulae filii Saod, et de libro Albumazar[234].

Scias etiam quod dominium planetarum capitur penes horas inaequales, quae incipiunt in ortu solis et in occasu eiusdem; et sunt in quolibet die 12 horae et in qualibet nocte totidem, sive sint longae sive breves dies et nox.

[246]*Expliciunt electiones de horis planetarum*[246].

Bv Mk Bu

[232]quid sit bonum agere vel vitare *add.*Bu (*rubr.*)   [233]v.p.: videri Mk; videre poteris Bu   [234]sunt autem--Albumazar (§ 66 *init.*) *hic habet* Bu   [235·235]de hora Saturni Bu   [236]servas Bv Mk   [237]nec *add.*Bu   [238]e.f.: fugitque Bu   [239]eme Bu   [240]in hora Bu   [241·241]in omni initio Mk; inceptio causae vel facti Bu   [242]*om.*Bv Mk   [243]*om.*Bv Mk   [244]eadem hora Bu   [245]*om.*Bv Mk   [246·246]*om.*Bu

(b) Texts ascribed to Peter of Dacia in Lo,9v-12r. Apparently first noted by Eneström (1885,3)23; discussed by Olaf Pedersen 1976,31-3; and edited by myself (1980,621-7). The paragraphing of that edition has been retained for convenience; of the paragraphs here omitted, §11-2 equal App.3(a1), and §13 is a version of the T.L.

Anonymous versions, cf.T&K 891: Od,7r-9v (=Od₁) containing §14, App.3(c1) with a miswritten lunar table, §15-27 and part of §28, and §2-9; and Od,53r (=Od₂) containing §14, §28, and App.3(a2) with a 13×13 lunar table.

The ascription in Lo cannot be corroborated nor yet explained. The textual witnesses are English, and the varying versions of the T.L. with canons belong to those mostly found in the later English tradition (*Pref.* §22). The text itself is mainly a paraphrase of (d1) below.

In the present text, departures from Lo are noted. Longer variant readings from Od have been recorded, the rest only selectively. The rubrics, from Lo, are in italics. Od lacks headings except "Proprie-tates planetarum et tabula eorundem", in Od₁ to §2-9.

(1) *Hic est tabula planetarum secundum magistrum Petrum de Dacia, Parisius facta.*

Horæ dierum	Dies Sabbati	Dies Jovis	Dies Martis	Dies Domin.	Dies Veneris	Dies Mercur.	Dies Lunæ
1, 8,15,22	Saturn.	Jupiter	Mars	Sol	Venus	Mercur.	Luna
2, 9,16,23	Jupiter	Mars	Sol	Venus	Mercur.	Luna	Saturn.
3,10,17,24	Mars	Sol	Venus	Mercur.	Luna	Saturn.	Jupiter
4,11,18	Sol	Venus	Mercur.	Luna	Saturn.	Jupiter	Mars
5,12,19	Venus	Mercur.	Luna	Saturn.	Jupiter	Mars	Sol
6,13,20	Mercur.	Luna	Saturn.	Jupiter	Mars	Sol	Venus
7,14,21	Luna	Saturn.	Jupiter	Mars	Sol	Venus	Mercur.

(2) Septem sunt planetae, scilicet Saturnus, Jupiter, Mars etc., et dicuntur planetae quasi sidera errantia, non quia errant, sed quia moventur contra firmamentum. Movetur enim firmamentum ab oriente in occidentem, plane-tae autem moventur ab occidente in orientem ex motibus suis propriis; moventur tamen ex raptu firmamenti, qui dicitur motus diurnus, ab oriente in occidentem, et ille motus non est naturalis eis sive proprius, sed accidentalis et violentus.

(3) Saturnus frigidus est et siccus atque malevolus, in rebus inferioribus malos faciens effectus, et maxime quando est in domibus suis, scilicet capricorno(-nio *Lo*) et aquario: tunc enim fiunt diluvia aquarum, ex quibus

procedunt caristiae, fames et mortalitates in terra. Cursum suum, hoc est 12 signa zodiaci contra motum firmamenti, percurrit in 30 annis, manens in quolibet signo duobus annis cum dimidio; et cum in quolibet signo sunt 30 gradus, patet quod in mense solari, quod est 30 dies, unum gradum pertranseat. (4) Jupiter calidus est et humidus, omnibus benefacit et nulli nocet, cursum suum in 12 annis peragens, in unoquoque signo manens per annum et in uno gradu circiter 12 (7 *Lo* Od_1) dies. (5) Mars vero in duobus annis totum percurrit (circuit Od_1) zodiacum, manens in quolibet signo 60 diebus, in uno (Od_1; *om.Lo*) gradu per duos dies naturales, et est calidus et siccus in excessu, et est malus, gaudens in homicidiis et combustione domorum et in guerris. (6) Sol est calidus et siccus, temperatus et bonus, herbas et arbores crescere et fructificare faciens; cursum suum in 365 diebus 6 horis et 13 minutis et 45 secundis peragit, et dicitur annus ab "an", quod est "circum", eo quod sol in tanto tempore totum circuit zodiacum. Ex 6 horis, quae supersunt (superfluunt Od_1) in anno, in 4 annis colliguntur 24 horae, quod est una dies, et ponitur dies illa in Februario super 6.Kal.Martii, et dicitur bis sexto (sex Od_1) Kal., quapropter dicitur annus ille bisextilis; et sunt in anno illo 366 dies (Od_1; *om.Lo*). Ex 13 minutis et 45 secundis insimul collectis in centesimo anno fit una dies, et ponitur in Decembri, et continet annus ille 367 dies. (7) Manet itaque sol in quolibet signo 30 diebus et 10 horis, ex quibus insimul collectis in anno fiunt 5 dies, quorum unus datur Januario, secundus Martio, 3us Maio, 4us Octobri, 5us Decembri; nisi enim essent illae 10 horae residuae, quilibet mensis aequaliter 30 dies contineret. Nec obstat de Februario et Augusto, quia, quomodocumque Iulius Caesar a Februario duos dies subtraxerit et mensi suo apposuerit, et Augustus Caesar mensem nomine suo intitulatum ex 31 diebus constituerit, non est credendum quod sol aut magis aut minus moretur in uno signo quam in alio: ipsi enim non potuerunt (Od_1; poterunt *Lo*) in motu caeli quicquam variare. (8) Venus est bonus planeta (et est lucidissimus temperate frigidus et humidus *add.Od_1*), Mercurius cum bonis bonus, cum malis malus; et habent fere eosdem motus cum sole, modus tamen movendi est alter in ipsis et in sole (modus--sole *om.Od_1*). (9) Luna est infima planetarum, in cursu suo omnium velocissima, frigida et humida, plus se inclinans ad bonum quam ad malum; in 27 diebus et quasi 8 horis omnia signa pertransit, manens in quolibet signo duobus diebus naturalibus et fere 8 horis; in die naturali 13 gradus et 10 minuta percurrit.

(10) Habent itaque planetae alios cursus in 7 diebus septimanae, quia planeta, qui dominatur in prima hora diei, habet supereminentiam dominii in die illa, et ab ipso denominatur; alii tamen planetae vicissim, quilibet post alium secundum ordinem, in horis suis dominantur. Verbi gratia, Saturnus in die Sabbati habet primam horam, Jupiter secundam, Mars 3am, Sol 4am, Venus 5am, Mercurius 6am, Luna 7am; accedit iterum Saturnus, 8am sibi assumens, Jupiter 9am, Mars 10am, Sol 11am, Venus 12am, Mercurius 13am, Luna 14am; 3° redit Saturnus, capiens 15⟨am⟩, sicut patet in tabula.

(14) *Consequenter hic sequntur (ex* sequitur *corr.Lo) expositiones signorum secundum praedictum magistrum Petrum de Dacia.*

Multum prodest scire in quo signo (et in quo gradu signi *add.* Od_1 Od_2) est luna omni die, quia ipsa secundum Ptolomaeum in Almagesti in istis inferioribus ceteris planetis maiorem habet efficaciam, tum ratione propinquitatis eius ad terram, tum ratione velocitatis eius in cursu suo. Ipsa enim omnibus planetis est inferior et terrae proximior nec non (no *Lo*) et in cursu velocior, quia omni mense omnia signa percurrit et virtutem seu influentiam, quam a superioribus planetis vel stellis fixis recipit, terrae per radios suos refundit, et sic participat in virtute omnium planetarum et stellarum fixarum saltem dum eis coniungitur, nisi per aspectum alicuius alterius impediatur vel saltem minuatur. Ad ipsam igitur lunam praecipue, et ad signum quod ascendit nostrum (*om.* Od_1 Od_2) in oriente in hora operationis, debemus inspicere in factis nostris notabilibus.

(15) Quando luna est in ariete, bonum est loqui cum nobilibus potentibus, et exire (exiere *Lo*) ad pugnandum, et iter incipere versus orientem, mercimonia facere, cambire aurum, et operari omnia quae cum igne fiunt, et omnia facere quae cito vis fieri; exceptis istis, quod malum est caput lavare, radere, medicari; sanguinem de naribus minuere, exire de carcere, de aegritudine convalescere, matrimonium contrahere, religionem intrare, purgationem accipere, sicut in omnibus signis ruminantibus, prout sunt aries, taurus, leo, capricornus, et ultima pars sagittarii (et omnia facere quae debent diu durare *add.* Od_1). Idem dico quando aries est ascendens in caelo (idem--caelo *om.* Od_1). **(16)** Quando luna est in tauro, bonum est facere societatem et pactum, et de pace inter inimicos tractare, domos fundare, castra et possessiones novas intrare, dominium alicuius rei recipere; terras, vineas colere, seminare et plantare; uxorem ducere, et omnia facere quae diu debent durare; exceptis istis, quod malum est iter longum incipere, bellum vel placitum; in carcere poni, in aegritudinem cadere, coram domino vel iudice ire causa impetrandi gratiam, medicinam in collo vel gutture facere, et ibidem vulnerari, vel omnia facere quae cito vis fieri. **(17)** Quando luna est in geminis, bonum est iter incipere, et loqui cum parentibus et amicis et quibuscumque personis, et etiam cum inimicis si necesse fuerit; mulierem affidare, sed non ducere; societatem facere, pactum novum, et etiam mercimonia. Malum est sanguinem de brachio minuere, de carcere exire, religionem intrare, de aegritudine convalescere, et omnia facere quae diu debent durare. **(18)** Quando luna est in cancro, bonum est ire per aquam, et omnia facere quae de aqua vel per aquam fiunt, accipere purgationem, mercimonia facere, monetam in (et Od_1) argentum cambire, et omnia facere quae cito vis fieri. Malum est domos fundare, castra et possessiones novas intrare, matrimonium contrahere, religionem intrare, exire de carcere, de aegritudine convalescere, et omnia facere quae diu debent durare, et etiam medicari pectus et pulmonem(-one *Lo*). **(19)** Quando luna est in leone, bonum est loqui cum regibus et nobilibus (et iudicibus *add.* Od_1) et eorum loca tenentibus, operari in auro et illud (Od_1; eum *Lo*) cambire, mercimonia facere, et omnia facere

quae de igne vel per ignem fiunt, dominium alicuius rei recipere, domos aedificare, castra et possessiones novas intrare. Malum est vestimenta nova induere, sumere (suere Od_1) vel incidere; bellum et placitum incipere, iter longum arripere, in carcere poni, in aegritudinem cadere, et omnia facere quae cito vis complere. **(20)** Quando sol est in leone, tunc valde est intensus calor, et sunt dies tunc caniculares: est enim canis, a quo denominantur (Od_1; domin- Lo) dies illi, quaedam parva stella in ore leonis, calidae et siccae complexionis; unde cum sol, qui fons est caloris, tunc est in leone qui iterum est calidus et siccus, constat quod tunc temporis regnat calor superfluus, qui sine siccitate esse non potest, eo quod omne simile suum simile augmentat. Et propter hoc dicit Hippocras in Amphorismis: "sub cane et ante canem molestae fiunt purgationes" propter defectum humoris, quapropter cavendum est in diebus illis ab omnibus, in quibus est evacuatio humorum: sanguinem minuere, coire cum muliere. **(21)** Quando luna est in virgine, bonum est emere pannos et iocalia; terras colere, et seminare, arbores et vineas plantare, iter breve incipere, sed non longum, emere animalia quae non equitantur, famulos conducere, societatem et pactum facere et mercimonia. Malum est in carcere poni, in aegritudinem cadere, virginem in uxorem ducere, quia vel sterilis erit vel paucos habebit filios; secus autem est de corrupta (secus--corr. om. Od_1). **(22)** Quando luna est in libra, bonum est mercimonia facere, fodere et terras colere, et omnia facere quae cito vis complere. Malum est iter longum incipere, ne forte inimicos vel latrones in via invenias; ad pugnandum exire, proelium vel placitum incipere, matrimonium contrahere, societatem aut pactum incipere (matrim.--inc. om. Od_1), et omnia facere quae diu debent durare, exire de carcere, de aegritudine convalescere, religionem intrare, dominium alicuius rei recipere. **(23)** Quando luna est in scorpione, optimum est purgationem accipere et balneare. Malum est medicari (purgare Od_1) anum et pudibunda, tam mulieris quam hominis, atque matricem; iter, bellum vel placitum incipere; et omnia facere quae cito vis complere. **(24)** Quando luna est in sagittario, bonum est iter incipere versus orientem, medicinam accipere, praeterquam in ultima facie eius (iter--eius: terras colere et seminare, arbores et vineas plantare et omnia facere quae de igne fiunt, mercimonia facere, per terram ire Od_1 ex inferioribus), cum potentibus et iudicibus (nobilibus Od_1) loqui et maxime cum personis ecclesiasticis, mercimonia facere, cambire aurum, et facere omnia quae de igne fiunt; matrimonium contrahere, intrare religionem et beneficia ecclesiae, peregre proficisci, litteras et nuntios longe mittere. Malum est montes et loca alta ascendere, et medicari crura, et facere quae spectant ad aquam. **(25)** Quando luna est in capricorno, bonum est terras colere, seminare (om. Od_1), arbores et vineas plantare, et omnia facere quae de terra (igne Od_1) fiunt; mercimonia facere, per terram ire, cum nobilibus et potentibus loqui et quibuscumque iudicibus, dominium vel magnorum dominorum servitium intrare, possessionem novam vel domum novam. Malum est purgationem accipere, et genua medicari, et omnia facere quae cum igne fiunt. **(26)** Quando luna est in aquario, bonum est ire per aquam, loqui cum amicis et aliquid petere ab eis, uxorem ducere, religionem intrare, domos fundare, hereditates emere, dominium vel possessionem novam vel

servitia magnatum intrare, cum nobilibus vel potentibus loqui. Malum est iter longum incipere, bellum et placitum similiter, quia nimis durarent, et omnia facere quae cito vis fieri; medicari tibias, vel in ipsis laedi seu vulnerari. Idem dico quando aquarius ascendit in oriente. **(27)** Quando luna est in piscibus, bonum est purgationem accipere, praebendas vel dignitates ecclesiae de novo intrare, et cum personis ecclesiasticis loqui, et cum mulieribus; equos emere et magna animalia; ire per mare; matrimonium contrahere, si luna fuerit in augmento; si autem in decremento, non. Bonum est mercimonia facere, et omnia quae in aqua vel per aquam fiunt, sicut molendinum, aquae ductum (a.d.: aquaticum Od_1), piscare, et similia. Malum est alicui pecuniam praestare, depositum locare, petere debitum a debitore, in carcere poni, in aegritudinem cadere, bellum vel placitum incipere, quia tam carcer, bellum, aegritudo, et placitum (tam--plac. $om.Od_1$) nimis durarent; iter versus meridiem incipere, et omnia facere quae de igne fiunt; medicari pedes vel eorum cavillas, sicut (aut Od_1) in gutta podagrica, et in pedibus vel in eorum partibus laedi vel vulnerari. Idem dico de hoc signo, et de omnibus aliis, quando ascendunt in oriente.

(28) Et nota quod quando luna est in signis terreis, sicut sunt taurus virgo et capricornus, tempus naturaliter debet esse spissum, hoc est nebulosum, quia tunc nubes discurrent per aerem sine pluvia vel cum modica pluvia, et consuevit ut plurimum esse nebula, nisi per corporalem praesentiam vel per aspectum alicuius alterius planetae vel stellae fixae impediatur. Et quando luna est in signis aqueis, sicut sunt cancer scorpio et pisces, ut plurimum est tempus pluviosum vel saltem frigidum et humidum, quantum est de natura signi, nisi per alterius aspectum reprimatur. Quando luna est in signis aereis, sicut sunt gemini libra aquarius, tempus debet naturaliter esse calidum et humidum et instabile, quia ut plurimum nunc pluit, nunc est $(Od_2; om.Lo)$ clarum; plus tamen se $(Od_2; om.Lo)$ inclinat ad claritatem, nisi per alterius aspectum reprimatur. Quando vero luna fuerit in signis igneis, sicut sunt aries leo sagittarius, tempus naturaliter debet esse clarum et pulcrum. Quando tamen luna transit per flancos (fauces Od_2) leonis, aliquando pluere consuevit vel saltem esse nebula, nisi per aspectum seu praesentiam corporalem alterius planetae vel stellae fixae virtutem contrariam habentis hoc impediatur. Explicit.

(c) The planetary tables most commonly headed *Tabula ad sciendum quis planetarum regnat in qualibet hora diei* (*et noctis*) have 7 columns for the days of the week, nearly always beginning with Sunday, and mostly 24 rows for the (unequal) hours of day and night, beginning at sunrise. Within each column, and continuing from one column to the next, the planet names are entered according to the cycle Sun, Venus, Mercury, Moon, Saturn, Jupiter, Mars. Thus, equivalent tables can be made consisting of 14 or 7 rows with the entrance column of 24 hours appropriately telescoped; such tables are also often found (cf.,

e.g., this App.(a)§57;(b)§1). One further type, for the 12 hours of the day, is the upper half of the 24-row version. All these types can have a heading like that cited, and are commonly followed by the verses "Jupiter atque Venus boni sunt. . ." and "Frigidus et siccus Satur. . ." (=this App.(a)§48), or by the prose note "Jupiter et Venus sunt boni. . ."; for details on these points the descriptions should be consulted.

Examples of canons to these tables can be found in this App.(a), preamble and §56, and (b)§10. Several others occur, including the extract from Sacrobosco's Compotus in Le,19v+, but no recurrent ones have been found. In (c1) below I print that of Re.

I have seen a similar table in a set of glosses on Sacrobosco's Compotus (e.g. Princeton U.L., Garrett 99,140r; Stockholm,K.B., X 767, p.84; Paris, S.Geneviève, 1043, 13r; all from the late 13th or early 14th c.); that table has 24 rows, and columns for Saturday-Monday only. A table with 14 rows appears to be incorporated in the "anuli Salomonis" of Pd,106r-v, with a reference to Alchabitius. Elsewhere I have only seen such tables in connexion with Peter Philomena's Calendar or later ones, or in collections of texts also found with these calendars. The only ascription to Peter remains the one found in Lo (this App.(b)). It is certain that more could be done to trace this table.

In the references below, "c" denotes a canon other than the verses, etc., already cited.

The tables found in fairly close connexion with Peter's Calendar, or cognate texts, are of all four types mentioned, as follows: *24 rows*: A,14r; Mj,10r; O4,73v; X,9v (with a note delimiting the 12 hours of day-light); Om,42v(c); Bs,16v. *14 rows*: Pd,65r; Pe,42r-v (c, in French). *7 rows*: S,21r; cf. this App.(a) §57, and (b) §1 where the table is ordered peculiarly. *12 rows*: Re,7v (c, in French); D,15r-v (with all 24 hours in the entrance column); O5,236v. These examples do not indicate that the table, or any particular form of it, is regularly present in central parts of the tradition of the Calendar.

The remaining instances occur in varying contexts. *24 rows*: P1,31r (with Peter's Calendar and two others); Md,77v(c) and Ml,150v (in miscellany with Calendar). In British manuscripts and/or with British calendars: Ew,42v(c); Ny,15v(c); Lr,32r; Ln,33v+(Catalogue); Le,19v-20r(c); cf. Edinburgh,U.L., 126,8r (to a calendar dated 1482; ref.

O.Pedersen 1976,32). *14 rows*: W,69r (in miscellany following Ca-
lendar); E2,71v (with T.L. and calendar App.5(j4)); Pr,23v (with
calendars of Peter and John Somer); Kh,162v-163r (c, ref. to Alfar-
ganus) and 222v (contexts undetermined). *7 rows*: Ba,148v(c) (in mis-
cellany, different authors); Bf,14r(c) (also near calendar of John of
Gmunden); the hour-values in both of these happen to have been
truncated at 21^h. *12 rows*: W,57v (in miscellany preceding Calendar).

For various other forms or remains of them, most of them not
closely connected with the Calendar, see N,70r; Pc,58v; Ef,199v;
Bv,19r; Pf,55r(c).

(c1) Manuscript: Re,7v. To a planetary table with 12 rows, cf.
description.

(Hdg.:) Ch'est a sauoir quel planete regne a chacun heure du iour. (Txt:) Se
vous voules sauoir quel planete regne a chacun heure du iour, premierement
deves sauoir en quel iour vous estes, et queres 1 autel iour en la table des
planetes, et puis resgardes quel heure il est par le quadrant. Et queres une
autele heure en la table des planetes, et vous la troueres en la premiere ligne
vers la main senestre. Et quant vous aures trouee vostre heure en vostre table,
resgardes de sous ce mesme iour ou vous estes en contre sele mesme heure, et
dites tel planete regne a tel heure de ce mesme iour, et ainsiut en suiuant.

(d) *Excerpts of moon-books, planet-books, and canons to sign-men, occurring
more than once.*

The contexts in which these pieces occur should be sought under
the descriptions of manuscripts. Since the texts are generally extre-
mely labile, I print each of them from one manuscript to save space,
mostly ignoring variants and tacitly introducing a few strictly ne-
cessary and obvious corrections.

(d1) T&K 1205,1236,133; Zinner 1925,8082-7. Text from P3,96v (end
apparently lost). Other manuscripts: Y,296va-297vb(*a-h*; end lost);
Ny,21v+(*a-c,d-f*); Oa,152v+(*a*); Kt,10v-11v(*a-b* in French with exten-
sions on ancient authorities and medical advice); Bs,4r-5r(abbrevia-
tion of *d-e* as a gloss on (d6) below); Le,14r-17v(*a-b*, and *c-e* paired
with the corresponding sections of (d2) below); Pd,33r-37v(*d-e* plus
the pieces from (d2) below). More manuscripts in T&K and Zinner,

apparently of widely differing lengths. For a text similar to (c-e) see
Svenberg 1963,88-92 (Vat.Urb.Lat.1398, 23r, 15th c.)

(a) Qui cursum lunae recte scire desiderat, sciat primitus quomodo sol per
signa vadit. Sol namque in quolibet anno pertransit omnia signa, morando in
quolibet signo 30 diebus. Signa vero 12 sunt, videlicet ista, scilicet aries taurus
etc. Per ista 12 signa in unaquaque lunatione currit et decurrit autem luna, et
transit in 30 diebus omnia signa, manens in unoquoque signo 2 diebus et 8
horis; currendo per signa pervenit ad signum et gradum, in quo sol est, et
tunc iuncta cum sole dicitur esse in combustione, ibidemque perficit cursum
suum. . .si luna renovatur a medio mense Martii usque medium mensem
Aprilis, tunc luna initium habet a signo arietis, et sic de ceteris signis. – (b)
Multum enim prodest scire in quo signo sit luna omni die, quoniam luna est
aliis planetis terrae proximior et rebus mundi plus aliis praestat effectum
suum, secundum naturas et coniunctiones signorum per quae discernitur
(?discurrit). Bonum est enim statum lunae cognoscere, quia possumus per hoc
scire, quid sit bonum incipere et facere, et quid non. Possumus etiam per hoc
cognoscere quale tempus debet esse, naturis signorum et coniunctionibus
semper consideratis. De quibus breviter de unoquoque signo, et de luna cum
est in aliquo signorum, per ordinem et aperte dicemus.

(c) Aries quoque habet caput et faciem et pupillam oculi et intestina, et
quidquid accidit in eis et in oculis atque auribus ex infirmitatibus. – (d) Cum
quidem luna fuerit in ariete, signo orientali calido et sicco, igneo colerico et
masculino, bonum quoque est iter versus orientem incipere, et ad illam
partem ad mercandum ire, et qui tunc in illam partem incipit iter, bene et cito
complebit. Bonum enim est incipere vel operari quidquid cum igne fit;
bonum quoque est sanguinem de brachio minuere, balneum intrare, et omne
opus incipere et facere quod vis cito finire nec multum durare. Malum enim
est caput lavare ac medicare, radere quoque, vel ventosas in collo ponere, et
sanguinem de naribus minuere, ac uxorem ducere, domum vel castrum
fundare, et dominium de aliqua re intrare, de carcere exire, cartam de
possessione facere, quamvis permanere dicatur. Et quoniam aries est animal
ruminans, medicina non accipiatur cum luna est in ariete, quia si accipiatur
evomitur. In omnibus enim signis ruminantibus, ut aries taurus capricornus et
ultima pars sagittarii, potio vel medicina non debet dari quia, siquis eam
susceperit, evomet. Idem dicendum est de omnibus signis quae consurgunt ab
oriente. Cum enim hoc signum surgit ab ortu, tempus dat calidum. –
Taurus. . . (e) Pisces. . .Tempus vero dat aquosum frigidum et humidum.

(f) Signa quidem tropica sunt 4, scilicet aries cancer libra capricornus, quae
ideo dicuntur tropica sive mobilia quia, sol cum ingreditur istorum signorum
initia, mutatur tempus ad temporis substantiam sequentis, †quando enim
ipsorum conversiva motione ab alia natura instituitur† dum sol principia
eorum invadit. – Signa quoque fixa. . .Signa vero communia. . .prima frigida et
sequens calida.

(g) Quousque de 12 partibus caeli compendiose ubicumque auctorum
sententiis ordinavi; nunc autem de 7 planetarum naturis aliqua breviter

scribo. - **(h)** Sunt itaque 7 planetae, quae dicuntur sidera errantia, quae sunt (?quia secundum) omnium artium magistra (?-am), sicut et praedicta 12 signa, hos 7 planetas posuit deus omnipotens super isto caelo sidereo, ut moverentur contra ipsum ad retardandum firmamenti velocitatem, ita tamen ut numquam exea⟨n⟩t latitudinem orbis signorum. Inter has 7 (7 h. P3) stellas sol quasi rex existit medius, et tamquam [quasi] fons luminis ⟨et⟩ caloris cuncta illuminat et calefacit super se opposita et etiam (*inv.* P3) subtus se ordinata; a quo maxime temporum habemus diversitatem, ut annus mensis et dies. **(j)** Sed pri⟨m⟩us horum 7 planetarum, descendendo inferius, est Saturnus, qui est planeta frigidus et siccus atque malevolus: ideo in rebus mundi malos habet effectus. Iste dum est in domiciliis suis, scilicet in aquario et capricorno, multa mala fiunt in orbe, maxime quando est in prima domo, scilicet in aquario: tunc enim fiunt magna diluvia in terra, et odia in gentibus implacabilia. Iste planeta mense primo conceptionis frigiditate sua conceptum infrigidat, in matrice coagulat et desiccat. Et quia ex coloribus habet nigredinem, facit saturnianum esse fuscum, paucos pilos in barba et in maxillis, qui cum ambulaverit, in terra oculos mergit; et est macer, habens oculos parvos et cutem siccam; est iracundus, venenosus, noxius, turpis, ingeniosus tamen circa artes viles et graves, ut est fodere terram, ru⟨m⟩pere lapides, construere domos, conducere aquas, et huiusmodi. Callidus est, aliud ore sonans, aliud corde machinans. - Planeta secundus est Iupiter. . . **(k)** Luna in omnibus aliis planetis est inferior, septimus a Saturno, et terrae proximior, frigidus et humidus, et receptio est omnium dispositionum, quia mutat, ut dicitur, esse suum ad planetam cui adiungitur; et est delatrix omnium planetarum, quia defert dispositionem unius planetae ad alterum; omniumque planetarum qui supra se sunt naturam recipit, quia omni mense omnia signa et planetas requirit, et quod a singulis recipit †iniectus† inferius in terra radiis et ⟨in⟩ ipsa[m] stantibus refundit. Ad solam ergo lunam debemus respicere in factis agendis, quia ipsa (-se P3) teste Ptolomaeo, cum terrae proximior, in rebus mundi maiorem efficaciam habet. Luna mense septimo conceptionis dat plasmati pulmonem et dividit membra per loca sua. Et si puer tunc nascitur, erit vitalis, quia omnes planetae sunt in eo omnem suam potentiam operati; si autem octavo mense nascitur, non vivet, quia fit retroversio ad Saturnum qui, ut supradictum (super P3) est, sua frigiditate et siccitate membra concepti astringit. Nono autem mense (sexus *add. et del.* P3) natus vivit, quoniam regnat in eo Iupiter qui, ut dictum est, nulli nocet sed omnibus benefacit. [Luna] lunarii (-ios P3) nulli⟨u⟩s esse servitii, sed semper ire vagando desiderant, et sunt nuntii, nugarumque et rumorum reguli, et aliorum servitiis occupati; habentque unum oculum maiorem altero, et raro accidit quin sint strabi et in uno oculo laesi. Sunt autem lunarii venditores mellis et olei et ficus et dactilorum et huiusmodi.

(l) Ex ipsis 12 signis, ut communis astrologorum auctoritas testatur, sunt sex feminea et sex masculina, et [non] similiter succedit masculinum femin⟨e⟩o et femin⟨e⟩um masculino usque in fine signorum. - Quattuor ex eis dicuntur tropica et conversiva sive mobilia, scilicet aries cancer libra et capricornus, quae ideo dicuntur tropica sive mobilia quia, sol cum ingreditur istorum

signorum initia, mutatur tempus ad temporum substantiam sequentis tempo-
ris †conversiva mutatione ab alia natura instituit† dum sol principia eorum
invadit. Luna quoque, cum est in istis tropicis signis, omnia citius alternat
negotia, unde odium et inimicitia vel adversitas instabile est et inconstans;
aedificiorum fundamenta locare vel castra et civitates construere penitus
inutile est, nec fieri debent, quoniam instabilitas lapsum tunc minatur. Luna
cum tropicis signis, si quis aegrotus fuerit, morbi diuturnitatem negat.
Dissensiones et iurgia in conversivis nec firma sunt nec diuturna. Vendere
autem et emere penitus inutile est quoniam, si qua ementur, non permanent
diu apud emptorem: fraude namque et dolo persaepe ac violentia[s] compli-
cari solent. Data et accepta beneficia minime prosunt. Quidquid boni ⟨vel⟩
adversi recurrat, non diuturnum est nec stabile. Si quid promittetur (per- P3),
non datur; vel si datur, multum accipienti durat. Medicus non curat super eis,
nec convalescit aeger ad plenum, quia denuo recidivabit. Scito enim quod
signa tropica vel mobilia sive conversiva rerum mobilitatem significant, fieri
festinanter, et nihil durabile fit in eis, nec tempore eorum prolonga[n]tur. Non
itaque aliquid est incipiendum in eis quod volunt multo tempore permanere
stabile; sed omne, quod instabile et festinosum volunt, sub eis incipiatur. Si
de carcere exierit vel fugam quis inceperit, cito recaptus erit; quod si quis
perdat rem, invenit. Connubiorum et amicitiarum vincula si firmantur, stante
luna in tropicis, dissolventur; est autem bonum et amicitias et connubia
incipere et tractare, sed bonum est in signis firmis firmare. – Signa quoque
firma. . . (P3 ends in this section.)

(d2) T&K 131. Text from T,181r. Other manuscripts: W,58v-59r;
Le,14r-17v (conflated with (d1) above); Pd,33r-37v (somewhat ex-
tended, also paired with (d1)). W and Pd begin with Aquarius. The
present text is related to (d4) below.

Aries est signum mobile, calidae et siccae naturae, et dat esse mediocris
staturae et pulchrae, habentem scapulas strictas, coxas longas et longum
collum et longam faciem et pedes magnos et mentem subtilem et brachia
subtilia et nasum subtilem et capillos multos et subtiles, et pulchrior est retro
quam ante, et oculos magnos et curvum corpus, et duas dentes superiores
ceteris maiores et divisos, et animum levem, et honeste euntem. Bonum est
facere ad mobilitatem (W; nob- T), et bonum est ire ad balnea. – Taurus. . .
Aquarius est signum firmum, calidae et humidae naturae, et dat hominem
esse mediocris staturae, habentem rotundam faciem. . .(W, *def.*T:) Pisces est
signum conversivum (corporeum W), frigidae et humidae naturae, et dat
hominem esse pulchrae staturae, habentem amplum pectus. . .loqui cum
pugnatoribus. Pedes non medices.

(d3) T&K 314,315? Text from L,9r. Also in W,67v-68r. Both
connected with a 12×12 lunar table and the canon App.4(a4).

Cum luna est in ariete, bonum est minuere sanguinem in brachio, et balnea intrare, et iter incipere ad omne negotium, et facere cum festinatione. Medicinam capiti adhibere non est bonum. – In tauro. . . In pisce bonum est accipere medicinam, et tractare de his quae pertinent ad pacem. – Praeterea sciendum est quod, quandocumque luna est in fine geminorum et cancri et librae, et in scorpione et in aquario et in pisce et in omnibus praedictis locis, aer mutatur ad pluviam, et tempus non disponatur (W; ? L), et mare in his temporibus incipit ingrossari. Et haec de signis sufficiant.

(d4) T&K 130. Text from W,70v-74r. Also in Mj,13r-27r, from which the corrections have been taken unless otherwise noted. The Jo. de Restail in the subscription of W may be the scribe.

140 prius solet inscriptioni graduum et minutorum cum suis numeris
assignari; et iuxta hoc, spatium secundum latitudinem in 3 inaequalia
dividatur, secundum longitudinem vero in hunc modum: Numeren-
tur enim ab utraque fiducia hinc inde 12 horae et 8 minuta de horis
longitudinis (14), et utrobique posita regula, ducantur lineae per
145 omnia 3 spatia. Deinde longitudo utrimque ad fiducias in duo aequa-
lia dividatur, et ut prius omnia tria spatia occupentur; et erunt utrim-
que 3 spatia, in quorum primis a fiduciis scribatur 1 et in secundis 2;
ultima autem vacent, quibus 29 minuta singulis subscribantur; aliis
autem singulis sua minuta cum minutorum numeris integraliter
150 deputentur. Et erunt hinc inde duae horae et 29 minuta, quae sunt
differentia temporis maximae longitudinis et suae duodecimae, luna
in auge existente, ad tempus eiusdem longitudinis, ipsa in opposito
augis existente.

(16) *Inscriptio duodecimae longitudinis.* Modus autem inscribendi
155 duodecimam longitudinis sit iste: Ducatur linea aequedistanter infi-
mae iam factarum, secundum quantitatem convenientem inscriptioni
minutorum cum suis numeris; et dividatur spatium iuxta hoc in duo
inaequalia secundum latitudinem, secundum longitudinem vero sic:
Numerentur enim utrimque a fiduciis 2 horae et 17 minuta cum
160 dimidio de tempore differentiae nunc inscripto (15), et utrobique
posita regula, ducantur lineae per ambo spatia. Deinde longitudo
utrimque ad fiducias in 7 aequalia dividatur, et protrahantur lineae
divisionum per ambo spatia; dividatur quoque quodlibet spatiorum
in 5, et protrahantur lineae divisionum per minus spatium, ut sint 35,
165 quae sunt minuta duodecimae maximae longitudinis inter solem et
lunam, vel eius nadair, secundum medios motus coniunctos; quibus
ascribas suos numeros, qui initium habeant a fiduciis, dextrorsum
eundo et sinistrorsum.

---

147 1: unum superius N   **151** maximae: inscriptae F   **158** inaequalia: aeq.
N*a.c.*

(17) Et erit inscripta novella magna, quae vocetur novella solis, cui
170 adiungatur quaedam alia cuiuscumque magnitudinis; coextendatur
autem alteri in longitudine, et habeat duas fiducias sicut et alia; quae
vocetur novella lunae. Et erit completa pars prima, quae vocetur
facies instrumenti.

(18) *Inscriptio dorsi instrumenti.* Expleta facie, fiat in dorso limbus, et
175 dividatur in latitudine consimiliter sicut limbus faciei; secundum
longitudinem etiam dividantur tria inferiora spatia sicut ibi (*4*), et
inscribatur argumentum latitudinis consimiliter, proviso quod nodus
huius limbi sit contra nodum alterius.

(19) Deinde numerentur sinistrorsum a nodo 13 minuta argu-
180 menti, et ibi et in centro posita regula, ducatur linea per omnia tria
spatia superiora; sicque fiat ad 48 minuta, et deinceps secundum
tabulam (*28*) punctorum eclipsis solaris inscribendorum. Et erunt
12 spatia, in quorum [primo iuxta] ultimo ponatur 1, in paenultimo
2, et deinceps ad 11, ut primum vacet, cui 45 minuta subscribantur,
185 aliis autem singulis 60 et eorum numeri sicut supra; et erunt inscripta
puncta et minuta punctorum eclipsis solaris, ea ut supra condicione,
ut sit luna in sua longitudine longiori.

(20) Secundo enim sinistrorsum etiam a nadair nodi numeres 30
minuta, et ibi et in centro posita regula, ducatur linea per duo spatia
190 minora trium superiorum; sicque fiat ad unum gradum, et conse-
quenter secundum tabulam (*29*) differentiae duarum longitudinum in
punctis eclipsis solaris; et erunt 19 spatia, quae secundum nunc
dictam tabulam inscribantur; et erunt 59 minuta unius puncti,
secundum quae plus eclipsari contingit de diametro solis, in longitu-
195 dine propiori luna existente, quam ipsa existente in longitudine
longiori: unde et placuit vocare ipsum differentiam duarum longitu-
dinum in punctis.

(21) Hoc facto eatur ad nodum iterum, et ab eo dextrorsum
numerentur 39 minuta, ibique et in centro posita regula, ducatur
200 linea per duo minora spatia trium superiorum; sicque fiat ad unum
gradum et 18 minuta, et deinceps secundum tabulam (*30*) dimidii
durationis eclipsis solaris, proviso quod in complemento horae
omnia 3 spatia occupentur; et erunt 19 spatia in longitudine, quae

---

179 13 minuta: N *ex* §28; *om.* F *recte*   **183-4** 12...11: N *ex* §28; 11...10 F *recte*
184 et deinceps: ut d. N   **201** gradum: *ins.* N (=Nb?)

secundum dictam tabulam inscribantur; et erit dimidium durationis
205 eclipsis solaris inscriptum, ea similiter condicione, ut sit luna in sua
longitudine longiori.

(22) Ob hoc igitur dextrorsum a nadair nodi signes unum gradum,
et occupentur duo minora spatia trium superiorum; sicque fiat ad 2
gradus et 7 minuta, et deinceps iuxta tabulam (31) differentiae
210 duarum longitudinum in dimidio durationis eclipsis solaris; et erunt
13 spatia, quae secundum nunc dictam tabulam inscribantur. Et
erunt inscripta minuta temporis, in quo dimidium durationis eclipsis
solaris maius esse contingit ad longitudinem longiorem; et ideo
vocatum est et istud differentia duarum longitudinum in dimidio
215 durationis eclipsis solaris.

Et haec de inscriptione dorsi sufficiant.

(23) *Modus connectendi partes instrumenti.* Nunc vero perforetur instru-
mentum ad centrum, sic ut clavis notabilis quantitatis intrare possit,
qui ambas novellas contineat ad instrumentum per cuneum, qui per
220 clavum transeat, sic ut novellae nunc in facie, nunc in dorso, ut opus
fuerit, poni possint. Demum fiat foramen per utrumque nodorum, ut
in eo axis armillae moveatur, per quam aptius portetur instru-
mentum.

Et completa sit in hoc compositio instrumenti, quod vocetur ⟨**⟩.

---

221 demu(m): N   **224** ⟨**⟩: *vacat* N; *def.* F

(24) Tabula punctorum eclipsis lunaris inscribendorum
Argum: latit.

Gr.Mi.	Pc.Mi.
0 0	20 46
0 25	20
0 56	19
1 28	18
2 0	17
2 31	16 0
3 2	15
3 34	14
4 5	13
4 36	12 0
5 7	11
5 39	10
6 10	9
6 41	8 0
7 12	7
7 44	6
8 16	5
8 47	4 0
9 19	3
9 50	2
10 20	1
10 50	0 0

(25) Tabula dimidii durationis eclipsis lunaris inscribendi
Argum. latit.

Gr.Mi.	Ho.Mi.
0 0/ 0	0 109
2 43/50	0 105
4 2/ 9	0 100
5 14/18	0 95
6 4/ 6	0 90
6 44/47	0 85
7 19/20	0 80
7 50/51	0 75
8 16/17	0 70
8 39/40	0 65
9 1/ 2	0 60
9 37/38	0 50
10 3/ 4	0 40
10 23/23	0 30
10 35/34	0 20
10 42/42	0 10
10 50/49	0 0

(26) Tabula zodiaci inscribendi

Arcus æquationum	Partes zodiaci
Gr.Mi.	Si.Gr.
0 4	2 20
0 24	3 0
0 43	3 10
1 1	3 20
1 18	4 0
1 32	4 10
1 43	4 20
1 52	5 0
1 57	5 10
1 59	5 20
1 57	6 0
1 52	6 10
1 43	6 20
1 31	7 0
1 15	7 10
0 58	7 20
0 38	8 0
0 17	8 10
0 4	8 20
0 26	9 0
0 46	9 10
1 5	9 20
1 22	10 0
1 36	10 10
1 47	10 20
1 54	11 0
1 58	11 10
1 59	11 20
1 56	0 0
1 49	0 10
1 36	0 20
1 26	1 0
1 11	1 10
0 54	1 20
0 36	2 0
0 16	2 10

(27) Tabula epicycli lunæ inscribendi

Arcus æquationum	Partes epicycli
Gr.Mi.	Si.Gr.
0 24	0 5
0 48	0 10
1 12	0 15
1 35	0 20
1 58	0 25
2 20	1 0
2 41	1 5
3 1	1 10
3 20	1 15
3 38	1 20
3 54	1 25
4 9	2 0
4 22	2 5
4 34	2 10
4 43	2 15
4 51	2 20
4 57	2 25
5 0	3 0
5 1	3 5
5 0	3 10
4 57	3 15
4 51	3 20
4 42	3 25
4 32	4 0
4 19	4 5
4 4	4 10
3 46	4 15
3 27'	4 20
3 6	4 25
2 43	5 0
2 18	5 5
1 52	5 10
1 25	5 15
0 57	5 20
0 29	5 25
0 0	6 0

(28) Tabula punctorum eclipsis solaris inscribendorum

Argum. latitudinis

Gr.Mi.	Pc.Mi.
6 37	0 0
6 3	1 0
5 27	2 0
4 51	3 0
4 17	4 0
3 42	5 0
3 7	6 0
2 33	7 0
1 58	8 0
1 23	9 0
0 48	10 0
[0 13	11 0]
0 0	10 45

(29) Tab. differentiæ duarum longitudinum in punctis eclipsis solaris

Argum. latitudinis

Gr.Mi.	Mi.
7 11	0 0
7 5	0 10
6 58	0 20
6 50	30
6 43	40
6 36	50
6 30	0 58
6 0	0 58
5 30	0 58
5 0	59
4 30	59
4 0	59
3 30	0 59
3 0	0 59
2 30	0 59
2 0	59
1 30	59
1 0	59
0 30	0 59
0 0	0 59

(30) Tabula dimidii durationis eclipsis solaris

Argum. latitudinis

Gr.Mi.	Ho.Mi.
6 37	0 0
6 34	0 5
6 31	0 10
6 24	0 15
6 15	0 20
6 5	0 25
5 53	0 30
5 36	0 35
5 15	0 40
4 50	0 45
4 21	0 50
3 42	0 55
2 46	1 0
2 35	1 1
2 21	1 2
2 4	1 3
1 43	1 4
1 18	1 5
0 39	1 6
0 0	1 6

(31) Tab. differentiæ duarum longitudinum in dimidio durationis ecl. solis inscrib.

Argum. latitudinis

Gr.Mi.	Mi.
7 11	0 0
7 5	0 10
7 0	0 17
6 41	0 15
6 14	0 10
5 55	0 5
5 30	0 2
5 0	0 0
4 40	0 1
4 17	0 2
3 50	0 3
3 2	0 4
2 7	0 5
1 0	0 6

§25 *litteris inclinatis dantur numeri minutorum ab* ?Nb *additi, qui cum* F *concordant* 4°2': *ex tab. Tolet.*; 4,12 N   (*100ᵐ*) 9': Nb, F; 3 *ex tab. Tolet.*   (*col. dext.*) 90ᵐ--60ᵐ: 95--65 N   §26 (*0ᵎ20°*) 1°36': NF; 1,39 *ex tab. Tolet.*

§28 (*11ᵖ;0*) *lineam om.* F *recte*   10ᵖ,45: F *in textu*; 11,45 N   §30 ho.: horae F; pc. N   §31 ecl. sol(is): *om.* N; *ins.* Nb   0°17ˊ: N; 0,14 *fere ex tab. Tolet.*

225   **(32)** *Investigatio eorum ex quibus de eclipsi arguitur.* Ad investigandum
igitur ea, [ex] quibus ut suppositionibus utendum est, et ex quibus
eclipsis cuiuscumque necessitas vel impossibilitas arguitur, sic proce-
das: Si enim in quocumque mense anni cuiuscumque, an eclipsis
futura sit, volueris investigare, cum annis domini, annumerato eo de
230   quo intenderis, tabulam coniunctionis *(41)* si de eclipsi solis propo-
sueris, vel oppositionis *(42)* si de eclipsi lunae, intres, et quod de
ultimo titulo edirecto fuerit, extra scribas. **(33)** Quod si nihil fuerit in
signis et minus 12 in gradibus, vel 5 in signis et plus 18 in gradibus
usque ad 6 signa, erit eclipsis solis possibilis circa principium illius
235   anni, si tabulam coniunctionis intrasti. Si autem tabulam opposi-
tionis intrans inveneris de eodem ultimo titulo 0 vel 6 in signis et
minus 12 in gradibus, aut 5 vel 11 in signis et plus 18 in gradibus,
erit eclipsis lunae possibilis circa principium eiusdem anni. **(34)**
Quod si annos intentos non inveneris in tabula, tunc pauciores,
240   propinquiores tamen, quaeras; et quod edirecto eorum fuerit de
eodem ultimo titulo, extra scribas. Deinde cum eisdem annis omni-
bus intentis tabulam *(43)* communem coniunctioni et oppositioni
intres, et quod edirecto eorum fuerit de eodem ultimo titulo, alteri
prius extracto subscribas et eidem aggreges, eo modo qui in
245   collectione mediorum motuum planetarum observatur; et aggrega-
tum si in aliquo dictorum casuum fuerit, erit eclipsis illius luminaris
possibilis, de quo intendisti, circa principium anni ut prius. Et hoc,
quo circa principium anni indicatur eclipsis possibilis, dicitur radix
anni.
250   **(35)** Si etiam, utrum in quocumque mense anni eiusdem sit eius-
dem luminaris eclipsis possibilis, scire volueris, tabulam *(44)* men-
sium intrans, quod edirecto cuiuslibet mensis fuerit, etiam de ultimo
titulo, radici anni seorsum aggreges; et ⟨si⟩ ex cuiuscumque ad
radicem anni aggregatione aliquis dictorum casuum provenerit, erit
255   illius luminaris eclipsis possibilis circa illum mensem, ex edirecto
cuius sumpto, et radice anni, casus provenit.
(36) Et cum aliquem dictorum casuum inveneris, intres secundo
eandem vel easdem tabulas, et eodem vel eisdem locis; et quod
edirecto ex tribus primis titulis fuerit, eo ordine qui est in tabula

---

260 extra scribas, quodlibet sub alio sui generis collocando; duoque
ultima eodem modo aggreges, sicut de eo iam dictum est quod ad
ultimum titulum extraxisti.

(37) De primo autem alia ratio est: primum enim per secundum
minuas, et residuum per tertium extendas, et quod provenerit, a
265 principio mensis introitus numeres; et ubi dies fractionum ceciderit,
erit coniunctio vel oppositio, si annus sit communis; si autem bis-
sextilis, erit procul dubio in die praecedente. (38) Si autem secun-
dum a primo non possit subtrahi, tertium primo superaddas et ab
aggregato secundum minuas, et residuum a principio mensis in-
270 troitus numeres, et cetera sicut prius. Si etiam a primo et tertio simul
iunctis aut a primo, non existente tertio, secundum non possit
subtrahi: ei, quod minus est, tempus Ianuario ascriptum superaddas,
factaque subtractione residuum de diebus kalendaribus mensis prae-
cedentis mensem introitus minuas, et quod superfuerit, a principio
275 eiusdem praecedentis numeres, et cetera sicut prius. Et invenies diem
et horam, minutum et secundum, quo luna soli coniungetur sive
opponetur per motus medios ad meridianum Parisiensem, in meridie
hesterna die hac incepta.

(39) Sed diligenter caveas ut, si tempus edirecto Ianuarii inventum
280 modo qui dictus est aliquando addideris, quae edirecto eiusdem ex
aliis titulis fuerint, ab aliis prius collectis minuas, quodlibet scilicet ab
alio sui generis.

(40) Et habebis per primum aliorum trium generum medium
motum solis et lunae, quod est distantia epicycli lunae, vel eius
285 nadair, ab ariete ad horam primo extractam. Per secundum autem
habes argumentum lunae verum, quod est distantia lunae ab auge
vera epicycli secundum motum lunae in epicyclo considerata; per
ultimum vero, ex quo primo possibilitatem eclipsis arguisti, argu-
mentum latitudinis, quod est arcus orbis cadens inter centrum
290 epicycli lunae et caput draconis in hora mediae coniunctionis vel
oppositionis.

(41) Tabula mediae coniunctionis solis et lunae
in annis Christi solaribus ad Parisius.

Anni Christi collecti	Tempus mediæ coniunctionis solis et lunæ				Medius motus solis et lunæ				Argumentum lunae verum				Argumentum latitudinis lunae			
	Di	Ho	Mi	2a	Si	Gr	Mi	2a	Si	Gr	Mi	2a	Si	Gr	Mi	2a
1217	8	20	51	5	9	16	37	33	7	0	10	18	4	27	22	9
1241	13	10	55	35	9	20	59	31	10	17	44	1	8	16	31	26
1265	18	1	0	5	9	25	21	29	2	5	17	43	0	5	40	42
1289	22	15	4	36	9	29	43	27	5	22	51	26	3	24	49	59
1313	27	5	9	6	10	4	5	25	9	10	25	9	7	13	59	15
1337	2	6	29	33	9	9	21	3	0	2	9	51	10	2	28	17
1361	6	20	34	3	9	13	43	1	3	19	43	34	1	21	37	34
1385	11	10	38	34	9	18	4	58	7	7	17	17	5	10	46	50
1409	16	0	43	4	9	22	26	56	10	24	50	59	8	29	56	6
1433	20	14	47	34	9	26	48	54	2	12	24	42	0	9	5	23
. . . .	(vacat)															
1577																

(42) Tabula mediae oppositionis solis et lunae
in annis Christi solaribus ad Parisius.

Anni Christi collecti	Tempus mediæ oppositionis solis et lunæ				Medius motus solis et lunæ				Argumentum lunae verum				Argumentum latitudinis lunae			
	Di	Ho	Mi	2a	Si	Gr	Mi	2a	Si	Gr	Mi	2a	Si	Gr	Mi	2a
1217	23	15	13	7	9	2	4	24	1	13	4	48	10	12	2	2
1241	28	5	17	37	9	6	26	21	5	0	38	31	2	1	11	19
1265	3	6	38	4	9	10	48	19	7	22	23	14	5	20	20	35
1289	7	20	42	34	9	15	10	17	11	9	56	56	9	9	29	52
1313	12	10	47	5	9	19	32	15	2	27	30	39	0	28	39	8
1337	17	0	51	35	9	23	54	13	6	15	4	21	4	17	48	24
1361	21	14	56	5	9	28	16	11	10	2	38	4	8	6	57	41
1385	26	5	0	35	10	2	38	9	1	20	11	47	11	26	6	57
1409	1	6	21	2	9	7	53	46	4	11	56	29	2	14	35	59
1433	5	20	25	32	9	12	15	44	7	29	30	12	6	3	45	16
. . . .	(vacat)															
1577																

(43) Tabula communis mediae coniunctioni et oppositioni solis et lunae in annis Christi solaribus expansis.

Anni Christi expansi		Tempus coniunctionis vel oppositionis solis et lunae				Medius motus solis et lunæ				Argumentum lunae verum				Argumentum latitudinis lunae			
		Di	Ho	Mi	2a	Si	Gr	Mi	2a	Si	Gr	Mi	2a	Si	Gr	Mi	2a
1314	1290	10	15	11	20	11	19	16	2	10	9	48	2	0	8	2	48
1315	1291	21	6	22	40	11	8	32	5	8	19	36	3	0	16	5	36
1316	1292	2	8	49	57	11	26	54	27	7	25	13	5	1	24	48	38
1317	1293	14	0	1	17	11	16	10	30	6	5	1	7	2	2	51	26
1318	1294	24	15	12	37	11	5	26	32	4	14	49	9	2	10	54	14
1319	1295	5	17	39	53	11	23	48	54	3	20	26	11	3	19	37	16
1320	1296	16	8	51	13	11	13	4	57	2	0	14	12	3	27	40	3
1321	1297	28	0	2	33	11	2	20	59	0	10	2	14	4	5	42	51
1322	1298	9	2	29	50	11	20	43	22	11	15	39	16	5	14	25	53
1323	1299	19	17	41	10	11	9	59	24	9	25	27	18	5	22	28	41
1324	1300	0	20	8	27	11	28	21	47	9	1	4	20	7	1	11	43
1325	1301	12	11	19	47	11	17	37	49	7	10	52	21	7	9	14	31
1326	1302	23	2	31	7	11	6	53	51	5	20	40	23	7	17	17	19
1327	1303	4	4	58	23	11	25	16	14	4	26	17	25	8	26	0	21
1328	1304	14	20	9	43	11	14	32	16	3	6	5	27	9	4	3	9
1329	1305	26	11	21	3	11	3	48	18	1	15	53	28	9	12	5	57
1330	1306	7	13	48	20	11	22	10	41	0	21	30	30	10	20	49	59
1331	1307	18	4	59	40	11	11	26	43	11	1	18	32	10	28	51	47
1332	1308	28	20	11	0	11	0	42	46	9	11	6	34	11	6	54	35
1333	1309	10	22	38	16	11	19	5	8	8	16	43	35	0	15	37	37
1334	1310	21	13	49	36	11	8	21	11	6	26	31	37	0	23	40	24
1335	1311	2	16	16	53	11	26	43	33	6	2	8	39	2	2	23	26
1336	1312	13	7	28	13	11	15	59	35	4	11	56	41	2	10	26	14

§41 1265ª: 1245 Na.c.   (*1409ᵃ, arg.lun.*) 50ʹ: *ex computatione*; 51 NF
(*1433ᵃ, arg.lun.*) 24ʹ: F, *comp.*; 25 N   **§42** (*1217ᵃ*) 9,2,4,24: 10,1,10,43 F *recte*
(*1217ᵃ*) 10,12,2,2: 11,12,42,17 F *recte*   (*1241ᵃ*) 9,6,26,21: 10,5,32,41 F *recte*
(*1241ᵃ*) 2,1,11,19: 3,1,51,33 F *recte*

(44) Tabula communis mediae coniunctioni et oppositioni solis et lunae in mensibus kalendaribus.

Menses kalendares	Tempus mediæ coniunctionis vel opp-onis				Medius motus solis et lunæ				Argumentum lunae verum				Argumentum latitudinis lunae			
	Di	Ho	Mi	2a	Si	Gr	Mi	2a	Si	Gr	Mi	2a	Si	Gr	Mi	2a
Ianuarius	29	12	44	3	0	29	6	20	0	25	49	0	1	0	40	14
Februarius	28	1	28	7	1	28	12	40	1	21	38	0	2	1	20	28
Martius	29	14	12	10	2	27	18	1	2	17	27	0	3	2	0	42
Aprilis	28	2	56	13	3	26	25	21	3	13	16	1	4	2	40	56
Maius	27	15	40	17	4	25	31	41	4	9	5	1	5	3	21	10
Iunius	26	4	24	20	5	24	37	1	5	4	54	1	6	4	1	24
Iulius	25	17	8	23	6	23	44	21	6	0	43	1	7	4	41	38
Augustus	24	5	52	27	7	22	50	42	6	26	32	1	8	5	21	52
September	22	18	36	30	8	21	57	2	7	22	21	1	9	6	2	6
October	22	7	20	33	9	21	3	22	8	18	10	1	10	6	42	20
November	20	20	4	37	10	20	9	42	9	13	59	2	11	7	22	34
December	20	8	48	40	11	19	16	2	10	9	48	2	0	8	2	48

(45) *Via communis procedendi in utraque eclipsi.* De eclipsi igitur utrius-
libet luminaris intendens, via hac communi incedas: Inventa enim
possibilitate, scribantur dicta 4 capitula, scilicet argumentum latitu-
295 dinis, et argumentum lunae, medius motus solis et lunae, et tempus
omnium horum. Deinde simile argumento latitudinis quaeras in
alterutro laterum faciei instrumenti (*4*), et sub ultimo minuto eius
statuas mediam lineam cursoris. **(46)** Locato autem sic cursore,
quaeras in eo (*9*) simile medio motui solis et lunae, et super ultimum
300 eius gradum ponas alteram fiduciarum novellae solis. Quaeras etiam
simile argumento lunae (*10*), et super ultimum minutum eius ponas
alteram fiduciarum novellae lunae, sic ut quantum ad utrumque
utaris fiducia dextra in sinistra parte cursoris et e contra. **(47)** Et
notentur loca novellarum in arcu aequationum (*8*): quod enim de
305 ipso fuerit inter lineam mediam cursoris et novellam solis, erit aequa-

---

§**44** (*Mart., med.mot.*) 18′: NF; 19 *ex computatione*   (*Iun., med.mot.*) 37′: NF; 38
comp.   (*Dec., arg.lun.*) 48′: F, *comp.*; 49 N   (*Dec., med.mot.*) *sub columna*
11,5,15,37 *add.quidam*
300 alteram: ultimam N*a.c.*

tio solis; quod etiam de eodem arcu fuerit inter eandem lineam
mediam et novellam lunae, erit aequatio lunae. Quod vero inter
utrasque novellas fuerit, est corporalis distantia solis et lunae, vel eius
nadair, secundum medios motus coniunctorum, quod vocatur longi-
310 tudo, et dicatur illius, cuius novella fuerit ad sinistram magis; quod
etiam inter eas fuerit de arcu duodecimae longitudinis (*16*), erit
duodecima longitudinis praesentis. **(48)** Quae quia correspondet
motui solis in tota longitudine, ad quantitatem eius moveas novellam
solis in arcu aequationum (*8*), recedendo semper a novella lunae
315 stante; et quod post motum fuerit de arcu aequationum inter lineam
mediam cursoris et novellam solis, si in parte dextra fuerit, de medio
motu solis minuatur, vel eidem addatur, si fuerit in sinistra; et
habebis verum locum solis ad horam coniunctionis vel oppositionis
in octavo orbe, unde fit, ut iste sit locus coniunctionis vel oppositio-
320 nis corporalis in octavo orbe.

    (49) Notetur etiam in eodem arcu aequationum, quod fuerit inter
utrasque novellas, et haec erit longitudo cum duodecima. Videatur
etiam, quantum de tempore longitudinis (*14*) fuerit inter easdem; et
hoc erit praesentis longitudinis et suae duodecimae tempus, sed ea
325 condicione, ut sit luna in sua longitudine longiori; quod si ibi non
fuerit, videatur, quantum inter dictas novellas fuerit de differentia
duarum longitudinum (*15*). **(50)** Quibus extra scriptis, notetur locus
novellae lunae in gradibus limbi (*4*); et habebis argumentum latitu-
dinis quod apud aequantes vocatur argumentum latitudinis primo
330 aequatum, quod est distantia lunae a capite draconis in hora mediae
coniunctionis vel oppositionis. **(51)** Notetur iterum locus novellae
solis in gradibus limbi; et habebis argumentum latitudinis quod
aequantes vocant secundo aequatum, quod est distantia lunae a
capite draconis in hora coniunctionis vel oppositionis verae.

335 **(52)** Videas igitur, si haec novella solis plus 13 gradibus et 15
minutis a nodo distiterit, quia non erit eclipsis lunae possibilis ista
vice; si etiam plus 12 gradibus ab eodem nodo elongata fuerit, im-
possibile est fieri eclipsim solis.

    (53) *Usus tabulae portionis.* Ad aequandum igitur in posterum singula
340 absque multiplicatione et divisione, tabulam portionis (*113*) compo-
sui, cuius usus est iste: Cum duorum numerorum portionem unius

---

335 13°,15′: N; 12°,48′ F

volueris secundum proportionem alterius ad 60, ut in aequationibus
planetarum plerumque accidit, unum horum, quem volueris, quaeras
in capite alicuius columnae dictae tabulae portionis, et alterum in
345 latere eiusdem columnae; et quod in cellula communi fuerit, erit
portio quam volebas, ita quod numerus superius scriptus in dicta
cellula erit eiusdem generis cum numero, cuius portionem quaere-
bas, et qui inferius, posterioris. Verbi gratia, si de 49 secundis portio-
nem volueris secundum proportionem 39 minutorum ad 60 minuta,
350 tunc in capite alicuius columnae dictae tabulae invenies 49 et in latere
eiusdem 39, vel e converso; et in cellula communi stabunt 31
secunda superius et 51 tertia inferius, eadem proportione in aliis
servata. Si etiam in alterutro numerorum sint diversa genera fractio-
num, cum quolibet sui et reliquo divisim intres, et quae inveneris
355 aggreges, quodlibet ad aliud sui generis. Si etiam in utroque sint
diversa genera, cum quolibet unius et quolibet alterius intres seor-
sum. Si etiam alicuius numeri portionem volueris secundum pro-
portionem alterius ad 30 minuta, sicut contingit, cum extrahere
oporteat aliquid ex tabulis crescentibus per dimidium gradum, modo
360 iam dicto opereris, et quod inveneris duples, praeter ultimum, si
minus sit 30.

(54) *Modus aequandi tempus longitudinis et per ipsum tempus coniunctionis
vel oppositionis verae.* Consequenter resumatur argumentum lunae, et
addatur ei medietas longitudinis et duodecimae *primo, et tota longitudo*
365 *cum duodecima secundo,* si solis fuerit longitudo, vel easdem ab eodem
minuatur / *seorsum minuas,* si lunae fuerit longitudo;

et cum argumento lu-   *deinde cum his argumentis lunae aequatis tabu-*
nae sic aequato intres,   *lam minutorum proportionalium (114) seorsum*
et quod edirecto eius   *intres, et minuta edirecto utriusque vel minoris*
370 vel minoris proximi   *proximi sumas; et minuta primo sumpta vocen-*
fuerit, de minutis pro-   *tur minuta proportionalia prima, et secundo se-*
portionalibus (114) su-   *cunda.* (55) *Hoc igitur facto, cum minutis pri-*
mas. (55) Quibus habi-   *mis*
tis, cum eis

360 duples--30: NF   362-3 coniunctionis v. o. verae: *om. rubricator* & *in mg.
add.* Na, *exemplar ab* Nb *praescriptum secutus*   364-5 primo--secundo *ins.* Na
365 easdem: Na; eadem N   366 minuatur/seorsum minuas: N/Na
367-74 *(col.* 1): N; *(col.* 2) Na   368 aequato: aequato tabulam minutorum
proportionalium F

375 et differentia duarum longitudinum prius (49) sumpta in instrumento
tabulam portionis (113) modo supradicto intres, et partem propor-
tionalem, quam ibi inveneris, semper demas de tempore longitudinis
et duodecimae sumpto etiam ex instrumento; et residuum erit
tempus longitudinis et duodecimae ad longitudinem lunae praesen-
380 tem, (56) sed aliquando non praecisum, nec videbatur possibile
errorem non incidere aliquem. Eum autem corriges isto modo:
Intrans cum minutis proportionalibus tabulam erroris tollendi (117),
minuta, quae edirecto eorum fuerint, considera. Pro tot enim minutis
de tempore longitudinis et duodecimae deminutis residuo semper
385 unum addas, et praecise aequatum erit. Erit igitur tempus nunc
aequatum, quod cadit de tempore inter ambas coniunctiones vel
oppositiones, mediam scilicet et veram.

(57) Videas igitur, cuius erat longitudo; et si solis fuerit, quia tunc
media coniunctio vel oppositio praecedit veram, addatur tempus
390 longitudinis nunc aequatum super tempus coniunctionis vel opposi-
tionis mediae; vel idem ab eodem minuatur, si longitudo lunae fue-
rit, quia tunc vera coniunctio vel oppositio praecedit mediam; et
quod post additionem vel minutionem fuerit, erit tempus coniunc-
tionis vel oppositionis verae, sed ea condicione, ut dies naturales
395 omnes sint aequales. (58) Quia igitur propter inaequalitatem ascen-
sionum buth solis, superadditarum revolutionibus caeli diurnis, dies
naturales efficiuntur inaequales, excrementum inaequalitatis, quod
vocatur aequatio dierum, cum gradu solis accipitur. Vero igitur loco
solis in octavo orbe addas motum orbis eiusdem, qui nunc est 10
400 graduum et tertiae unius; et habebis locum solis in nono orbe, cum
quo tabulam aequationis dierum (115) intres, et aequationi edirecto
eius vel minoris proximi ascriptam dicto tempori verae coniunctionis
vel oppositionis semper addas; et habebis tempus verae coniunc-
tionis vel oppositionis, diebus aequatis ad
405 meridianum civitatis, cuius longitudo ad orientem de │ *Parisius.*
Parisius est 32 minutorum temporis.   │

Et haec est illa, de qua dixi, in omni eclipsi communis via.

---

384 deminutis: de min. N   398-406 vero igitur--orbe. . .et habebis--temporis:
de F *v.praef.* §2   401 dierum intres: i.d. *notis inv.* N   405-6 *(col.* 1): N; *(col.* 2)
?Nb

(59) *Via specialis pro punctis et dimidio durationis eclipsis lunaris.* Via autem speciali pro eclipsi lunae complenda sic procedas: Fiduciam
410 enim dextram novellae utriuslibet ponas super argumentum latitudinis secundo aequatum (*51*) in dextro latere (*4*), et sinistram alterius super consimile in sinistro; et habebis ad sinistram (*5*) puncta et minuta de diametro lunae eclipsanda, ad dexteram autem (*6*) dimidium durationis eiusdem, sed ea condicione, ut sit luna in sua
415 longitudine longiori.

(60) *Aequatio praemissorum.* Si igitur alibi fuerit,

cum argumento latitudinis secundo aequato tabulam (*118*) differentiae duarum longitudinum
420 in punctis eclipsis intres[, et quod edirecto eius fuerit, semper addas punctis et minutis in instrumento inventis]. Si etiam tabulam bis intrare oporteat, cum
425 differentia duorum introituum, quae stat ad dextram, et cum minutis, pro quibus secundo intraveris, tabulam portionis (*113*) intres modo qui supradictus est;
430 et quod inveneris duplans, cum cautela ibidem tradita, addas supra id quod ad primum introitum invenisti, si ipsum secundo minus fuerit; si vero maius, idem
435 minuas ab eodem. Et erit differentia aequata in punctis, quam ⟨**⟩ semper addas punctis et minutis ex instrumento acceptis.

cum distantia novellarum a nodo tabulam (*118*) *differentiae duarum longitudinum in punctis eclipsis intres, et quod edirecto eius fuerit de punctis et minutis sumas. Si etiam bis intrare oporteat, cum differentia amborum introituum, quae stat in tabula semper edirecto posterioris, et cum minutis, pro quibus secundo intraveris, tabulam portionis* (*113*) *intres, et quod in angulo communi fuerit duples, et duplatum primo addas. Et erit differentia duarum longitudinum in punctis aequata, cum qua et minutis proportionalibus secundis* (*54*) *intres tabulam portionis, et quod inveneris punctis et minutis, quae in instrumento invenisti, semper addas.*

Et habebis puncta et minuta de diametro lunae eclipsanda ad
440 locum lunae praesentem, quae in particulari eclipsi versus meridiem numeranda sunt, si argumentum latitudinis, per quod puncta sumpta sunt, 0 vel 5 sit in signis; si vero 6 vel 11, versus septentrionem.

---

(61) Consimiliter quoque operaberis pro differentia earundem longitudinum in dimidio durationis, intrando tabulam (*119*) ad hoc
445 constitutam, et differentiam aequatam addas semper dimidio durationis quod ex instrumento accepisti; et habebis dimidium durationis eclipsis, sed non praecisum. (62) Cum minutis igitur proportionalibus tabulàm erroris tollendi (*117*) intres, et pro tot minutis, quot ibi inveneris, unum de dicto dimidio durationis tollas. (63) Et erit
450 dimidium durationis aequatum, quod si de tempore oppositionis verae, quod est tempus mediae eclipsis, minueris, remanebit hora initii eclipsis; et si idem eidem addideris, exibit eius finis; si etiam ipsum duplaveris, habebis totalem eclipsis durationem.

(64) *Inventio morae.* Nec te etiam latere convenit, si quando eclipsis
455 universalis fuerit, quantam moram luna faciet in umbra. Est autem mora tempus deambulationis lunae in umbra terrae absque lumine solis. Pro mora igitur habenda, cum dicto argumento latitudinis secundo aequato tabulam (*120*) dimidii morae intres, et minuta quae inveneris extra scribas. Si etiam bis intrare oporteat, opereris cum
460 differentia duorum introituum et minutis, pro quibus secundo intraveris, sicut in capitulo proximo dicebatur (*60*); et habebis dimidium morae, ea autem condicione sicut supra, ut sit luna in sua longitudine longiori. (65) Ea igitur alibi existente, cum eodem argumento latitudinis tabulam (*116*) differentiae duarum longitudi-
465 num in dimidio morae intres, et opereris per omnia sicut prius, quodque aequando inveneris, dimidio morae nunc invento semper addas; et habebis dimidium morae ad locum lunae praesentem. Sed quia nec hoc omnino praecisum est, opereris sicut in capitulo proximo nunc (*62*) dictum est. (66) Et erit dimidium morae aequatum,
470 quod si de tempore mediae eclipsis minueris, remanebit initium morae, quod est instans exstinctionis lunae totalis; et si idem eidem addideris, exibit finis morae, qui est instans primae reaccensionis lunae; si etiam idem duplaveris, exibit mora totalis.

(67) *Modus investigandi utrum eclipsis futura sit in nocte.* Ad sciendum
475 autem, an eclipsis inventa futura sit de die vel de nocte tota vel in parte, cum gradu solis in nono orbe (*58*) tabulam (*121*) temporis diurni ad clima tuum vel civitatem intres, et medietatem temporis diurni, quod edirecto eius steterit, extra scribas; et hoc erit tempus a meridie ad occasum solis in die gradus solis. Similiter quoque extra
480 scribas tempus diurnum, quod e directo nadair gradus solis fuerit; et

hoc erit tempus noctis gradus solis. Addito igitur hoc ad primum, exibit tempus a meridie diei praecedentis ad ortum solis in sequente. Videas ergo, si tempus finis eclipsis fuerit minus 12 horis: erit enim tunc ante mediam noctem eclipsis tota. Si etiam tempus initii eclipsis
485 fuerit maius 12 horis, erit post mediam noctem eclipsis tota. **(68)** Si igitur ante futura sit, medietatem temporis diurni subtrahas de quolibet temporum eclipsis seorsum, et residuum cuiuslibet ostendet horam sui post occasum solis. A quocumque vero non potuerit subtractio fieri, hoc in die erit, et ante occasum solis secundum diffe-
490 rentiam utriusque. Si vero post mediam noctem futura sit, medietatem temporis diurni iungas tempori suae noctis, et ab aggregato tollas unumquodque temporum eclipsis seorsum; et scies per residuum, quantum unumquodque futurum sit ante ortum solis. Sed si aliquod horum tolli non potuerit, hoc iterum in die erit, et post ortum solis
495 secundum differentiam utriusque.

Et haec plerumque sufficiunt pro eclipsi lunae.

(69) *Via specialis de eclipsi solis, utrum coniunctio futura sit in die.* Aliter autem procedas deinceps in eclipsi solis: Inventis enim argumento latitudinis, quod secundo aequatum dicitur (*51*), et tempore coniunc-
500 tionis verae (*58*), videndum est, utrum haec coniunctio sit diurna vel non, et si diurna, utrum ante meridiem vel post. Ad hoc ergo sciendum tabulam (*121*) temporis diurni cum gradu solis, ut in capitulo proximo (*67*) dictum est, intres, et medietatem temporis gradus solis et tempus totale nadair extra divisim scribas. Sique tem-
505 pus coniunctionis verae minus fuerit medietate temporis gradus solis, erit illa coniunctio in die, et ante occasum solis secundum differentiam utriusque. Si vero tempus coniunctionis mediete eadem maius fuerit, eidem medietati tempus nadair superaddas; et si aggregatum minus fuerit tempore coniunctionis, erit iterum illa coniunctio in die,
510 et post ortum solis secundum differentiam utriusque. Si vero tempus coniunctionis fuerit plus mediete temporis gradus solis et minus aggregato, erit de nocte, et non erit ulterius laborandum.

(70) *Inventio diversitatis aspectus in longitudine et latitudine.* Invento autem quod coniunctio futura sit de die, cum tempore coniunctionis
515 verae operaberis, si sit post meridiem; si vero ante, tunc tempus

---

482 praecedentis--in sequente: praesentis--inde sequentem F   **497** aliter: specialiter F

coniunctionis verae de 24 minuens cum residuo operaberis. **(71)**
Cum utrolibet ergo tabulam (*122*) diversitatis aspectus ad clima tuum
vel civitatem intres sub signo coniunctionis, et ante titulum Recessus,
si futura sit ante meridiem, vel post, si post sit futura, et diversitatem
520 aspectus tantum in longitudine edirecto stantem accipias; et si pro
minutis horae secundo intrare oporteat, cum eis et differentia
duorum introituum tabulam portionis (*113*) modo consueto intres, et
quod inveneris, aspectui primi introitus semper addas; et erit diversi-.
tas aspectus ⟨aequata⟩ pro parte horae ad signum coniunctionis. **(72)**
525 Sicque facias intrando sub sequente signo, si coniunctio non fuerit in
principio signi; et erit aspectus aequatus pro parte horae ad signum
sequens. Deinde videas, quot gradibus distet haec coniunctio a
principio signi, et quae sit differentia amborum aspectuum; et cum
utrisque tabulam portionis intrans, quod inveneris duples, et dupla-
530 tum aspectui primo addas, si minor sit secundo, vel idem ab eodem
minuas, si sit maior; et erit aspectus aequatus pro parte horae et pro
parte signi. **(73)** Cum quo et minutis proportionalibus secundis (*54*)
tabulam portionis intres, et quod ibi inveneris, eidem aspectui addas,
si minuta proportionalia plura fuerint 29, vel idem ab eodem minuas,
535 si fuerint pauciora; et erit diversitas aspectus aequata pro parte horae,
pro parte signi et pro parte epicycli. **(74)** Cum qua tabulam (*123*)
temporis aspectus et differentiae intres, et quod ibi de tempore
aspectus et de differentia duarum longitudinum fuerit, seorsum
extra scribas. **(75)** Deinde cum ipsa differentia et secundis minutis
540 proportionalibus tabulam portionis intrans, quod ibi inveneris, de
tempore diversitatis aspectus semper minuas; si etiam diversitas ipsa
maior 60 minutis fuerit, primo pro 60 et secundo pro residuo intres.
Et erit tempus diversitatis aspectus aequatum primo, quod semper
addendum est tempori, cum quo tabulam diversitatis aspectus in-
545 trasti.

    (76) Hoc facto, cum tempore excrescente eandem tabulam diversi-
tatis (*122*) et sub eisdem signis intrans, per omnem modum facias
sicut prius; et tempus diversitatis aspectus, quod in fine inveneris,
addas eidem tempori cui et prius addidisti. **(77)** Adhuc cum tempore
550 nunc excrescente eandem tabulam diversitatis, et sub eisdem signis,
tertio intrans, accipias de utraque diversitate aspectus, scilicet in

---

524 aequata: F; *om.* N

longitudine et latitudine, et utramque aeques seorsum ad partem
horae, ad partem signi et ad partem epicycli, sicut alteram solam
prius bis aequasti. Et erit diversitas aspectus in longitudine sic
555   aequata arcus orbis cadens inter locum lunae, in quo est corpora-
liter, et locum ad quem proicitur visibiliter versus orientem vel occi-
dentem; diversitas vero aspectus in latitudine est arcus orbis cadens
inter eadem loca versus austrum sumptus.

(78) *Usus diversitatis aspectus utriusque.* Omnino autem sicut prius
560   cum hac diversitate aspectus in longitudine intres tabulam (*123*)
temporis aspectus, et quod ibi aequando inveneris, addas iterum illi
tempori cui iam bis addidisti; et de tempore, quod nunc excreverit,
tollas id quod per tabulam (*117*) erroris tollendi per ea quae
supradicta sunt est tollendum; et tempus, quod remanserit, erit
565   coniunctionis visibilis, quod est tempus mediae eclipsis, a meridie
ante vel post numerandum.

(79) Item cum eadem diversitate aspectus in longitudine intres
tabulam (*124*) duodecimae cuiuslibet numeri, et quod edirecto eius
inveneris, eidem addas; et habebis diversitatem aspectus in longi-
570   tudine cum sua duodecima, quae est arcus orbis a loco lunae in hora
coniunctionis verae ad locum eiusdem in hora coniunctionis visibilis
versus orientem vel occidentem protensus. Et ideo addere oportet
hunc arcum supra locum lunae in nono orbe sumptum et supra
argumentum latitudinis secundo aequatum, si coniunctio futura sit
575   ante meridiem, vel eundem ab eisdem minuere, si post meridiem sit
futura; et habebis locum lunae ad horam coniunctionis visibilis, et
similiter argumentum latitudinis tertio aequatum, quod est arcus
orbis cadens inter caput draconis et locum in quem luna ad visum est
proiecta.

580   (80) Hoc expedito transferantur novellae ad dorsum instrumenti,
et quaeratur simile (*18*) argumento latitudinis tertio aequato, quod si
in dextro latere inveneris, super ipsum statuas sinistram fiduciam
novellae solis, vel dexteram, si fuerit in sinistro. Locata igitur fiducia,
quaeras in circulo (*13*) diversitatis aspectus in latitudine simile diver-
585   sitati aspectus in latitudine iam aequatae, et ibi posita novella lunae,
notetur locus eius in limbo (*18*); et habebis argumentum latitudinis

---

573 lunae: solis F   **581-3** si in dextro latere inveneris . . .si fuerit in sinistro: si
in signo 5 vel 6 fuerit. . . si in signis fuerit 11 vel 0 F (*cf.ad l.* 789)   **583** vel: F;

quarto aequatum, quod est arcus orbis cadens inter caput draconis et
terminum lineae exeuntis a loco lunae visibili, aequedistanter eclipti-
cae, quae est via solis.

590   (81) Stante autem novella lunae in hoc situ, ponas novellam solis
super argumentum consimile in alio latere; et habebis puncta et
minuta eclipsis solaris ad sinistram (19) et dimidium durationis ad
dexteram (21), ea autem ut supra condicione, ut sit luna in sua longi-
tudine longiori. (82) Alibi vero ea existente, videas diligenter distan-
595 tiam novellarum a nodo, et in eadem distantia hinc inde a nadair
nodi ponas easdem; et habebis differentiam duarum longitudinum in
punctis ad sinistram (20) et differentiam earundem longitudinum in
dimidio durationis ad dexteram (22), et haec divisim serves. Deinde
cum secundis minutis proportionalibus (54) et differentia in punctis
600 tabulam portionis (113) intrans, quod inveneris punctis et minutis
prius acceptis semper addas; et erunt puncta eclipsis solaris aequata,
quae sunt partes duodecimae diametri solaris eclipsanda. Intres con-
similiter eandem tabulam portionis cum differentia in dimidio
durationis et eisdem minutis proportionalibus; et quod inveneris,
605 dimidio durationis addas, si ipsum dimidium durationis minus fuerit
44 minutis, vel idem ab eodem minuas, si sit maius. Et erit dimi-
dium durationis eclipsis solaris aequatum, quod si de tempore
mediae eclipsis minueris, remanebit tempus initii eclipsis, et cetera,
sicut supradictum est de luna (63). Quae etiam pars solis eclipsanda
610 fuerit, scies sicut ibi dicebatur (60).

    (83) *Investigatio temporis longitudinis et duodecimae.* Ne autem, parvo
quandoque existente instrumento, in acceptione temporis longitudi-
nis et duodecimae in utraque eclipsi aliquod contingat dubium, lon-
gitudinem ipsam cum duodecima diligenter ab instrumento extrahas,
615 sicut supradictum est (49); et cum ea tabulam (125) temporis longitu-
dinis et duodecimae intrans, invenies edirecto eius suum tempus, ea
condicione, ut sit luna in sua longitudine longiori. Quod si bis intrare
oporteat, cum differentia duorum introituum et minutis, pro quibus

---

ad N   **590** *ante* §81 *add.* F nunc quoque diligenter videas distantiam no(vel)lae
lunae a nodo in partem alterutram, quae si fuerit 7 in gradibus et plus 10 minutis,
impossibile erit hac vice eclipsim solis fieri, si vero minor fuerit, ponas no(vel)lam
solis. . .
608 eclipsis: solaris *add. & del.* N   **617** longitudine: *om. & in mg.ins.* N

secundo intraveris, tabulam portionis intrans, quod inveneris duples,
620 et duplatum tempori primi introitus addas; et habebis tempus longi-
tudinis et duodecimae, de quo dubitabas. Tempus autem differen-
tiae duarum longitudinum (*15*) praecise satis ex instrumento habebi-
tur cum aliis, quae sunt necessaria ad eclipsim.

---

(84) *Ratio eorum, quae circa compositionem et usum instrumenti dicta sunt.*
625 Expedito eo quod intendebatur ab initio, ut 'propter quid' viso audi-
tor factus scientior fidem omnimodam dictis accommodet, visum est
perutile singulorum, quae in compositione et usu instrumenti, immo
simpliciter eorum, quae in investigatione utriusque eclipsis dicta sunt,
reddere rationes.
630   (85) Constitui igitur in facie instrumenti utrimque a nodo 14
gradus argumenti latitudinis lunae (*4*), non quia meta eclipsis ultra 13
gradus et 16 minuta sit possibilis, sed propter circulum minutorum
aspectus addidi quod est ultra. (86) Puncta etiam et minuta eclipsis
lunaris aequavi pro argumentis latitudinis singulis, et singulis apposui
635 singula a nodo sinistrorsum (*5*); dimidium autem durationis argu-
mentis similibus ascripsi dextrorsum ab eodem nodo (*6*); sed hoc erat
ad placitum, quia poteram latera permutasse; sicque feci in dorso (*19,*
21), addendo ibi quaedam (*20,22*), ne vacarent loca.
       (87) Quia in hora coniunctionis mediae linea medii motus solis est
640 eadem cum linea medii motus lunae, cuius pars est diameter epicycli
ad augem vadens, sequitur quod diameter haec epicycli ad orbem
ducta terminet motum medium utriusque; et ob hoc circa eandem
lineam, quae est media cursoris (*7*), ordinavi deferentem solis et epi-
cyclum lunae (*9,10*). (88) Et quia aequationes solis, sicut et lunae, ab
645 auge incipiunt, lineam eandem mediam posui communem etiam dia-
metro deferentis solis ab auge ad oppositum descendenti. (89) Item,
quia maxima remotio solis corporaliter a linea medii motus sui est ad

---

627 immo simpliciter: nec non et F
630-3 14 gradus...non quia--ultra: 12 gradus...non quia extra hanc metam
luna existens eclipsari non possit sed quia, centro epicycli lunae in oppositione vel
coniunctione media extra hanc metam existente, impossibile est eclipsim fieri sive
solis sive lunae F   **638** addendo--loca: suo modo F   **640** epicycli ad: orbem
ducta *ex inferioribus add. & del.* N

unum gradum orbis et 59 minuta, quae dicuntur maxima solis
aequatio, ideo pro deferente solis tantundem accepi de argumento
650 latitudinis, quod partium est zodiaci, et signavi in cursore. **(90)**
Consimiliter, quia maxima remotio lunae corporaliter a linea medii
motus sui est ad 5 gradus et unum minutum, quae dicuntur maxima
lunae aequatio, ideo etiam pro epicyclo lunae tantundem accepi de
argumento latitudinis in cursore. **(91)** Ex quo videbatur consequens
655 ponere arcum communem, infra quem omnes aequationes solis et
lunae cadunt, et hunc supra deferentem solis posui, vocans eum
propter dicta arcum aequationum (*8*). Epicyclumque lunae sub
deferente solis statui secundum ordinem universi. **(92)** Deinde epi-
cyclum (*10*) et zodiacum (*9*) divisi in suas partes secundum aequa-
660 tiones singularum, ut, accepto medio motu solis et argumento lunae,
statim habeatur utriusque aequatio et verus locus.

– **(93)** Adhuc, quia sol et luna per medios motus coniuncti possunt
per dicta ad 7 gradus distare corporaliter abinvicem, ideo propter
motum solis 35 minuta, quae sunt totalis longitudinis duodecima,
665 ordinavi (*16*) hinc inde a rostro novellae solis, ad quantitatem gradus
limbi 5 minutis sumptis. **(94)** Et quia, tempore motus solis per haec
35 minuta, movetur luna per 7 gradus et eadem 35 minuta, conse-
quens est quod locus lunae in hora mediae coniunctionis vel
oppositionis distare potuerit a loco suae verae coniunctionis vel
670 oppositionis 7 gradibus et 35 minutis, quae dicuntur maxima
longitudo cum sua duodecima; **(95)** quam per 30 minuta et 12
secunda, quae sunt motus lunae aequalis et aequatus in una hora ad
augem epicycli, divisi, et 15 horas cum quintadecima unius, quae
provenerunt, ordinavi (*14*) in eadem novella solis hinc inde a rostro
675 sub 7 gradibus et 35 minutis limbi. **(96)** Deinde eandem longitudi-
nem divisi per motum lunae aequalem et aequatum in una hora ad
oppositum augis, scilicet per 36 minuta et 10 secunda, et 12 horas
cum 35 minutis, quae provenerunt, subtraxi de horis et minutis
primis; et 2 horas cum 29 minutis, quae remanserunt, ordinavi (*15*)
680 sub prioribus et sub dictis 7 gradibus et 35 minutis limbi. –

(97) Ex his patet, quare media linea cursoris ordinari debeat sub
ultimo minuto argumenti latitudinis in principio eclipsis examinan-

---

670-80 quae--limbi: *post alia pauca* tempus enim huius longitudinis commodius in
dorso ordinavi F

dae (*45*), cum argumentum illud est distantia epicycli lunae a capite
draconis. **(98)** Ex hoc etiam sequitur quod, posita novella solis supra
685 medium motum solis in cursore (*46*), quod de arcu aequationum
fuerit inter eandem novellam solis et lineam mediam cursoris, erit
aequatio solis (*47*); et similiter quod, posita novella lunae super argu-
mentum suum, quod de eodem arcu aequationum fuerit inter
eandem novellam et lineam mediam cursoris, erit aequatio lunae; et
690 quod de eodem arcu aequationum fuerit inter ambas novellas sic
stantes, erit corporalis distantia inter solem et lunam, quae longitudo
dicitur; et quod inferius de arcu duodecimae longitudinis fuerit inter
easdem novellas, erit duodecima acceptae longitudinis. **(99)** Et quia
sol hanc perambulat, ideo ad quantitatem huius duodecimae movere
695 oportet novellam solis in arcu aequationum, recedendo semper a
novella lunae (*48*), ut habeatur locus verae coniunctionis vel oppo-
sitionis. **(100)** Et quod de tempore longitudinis fuerit nunc inter am-
bas novellas (*49*), erit tempus quod fluit inter ambas coniunctiones
vel oppositiones, supposito quod luna sit in auge; et quod sub illo
700 fuerit, erit differentia duarum longitudium, quam cum minutis pro-
portionalibus aequare oportebit.

    (101) Aequatur autem argumentum lunae per medietatem longitu-
dinis et duodecimae (*54*) propter motum lunae in epicyclo, qui fere
tantus est sicut motus epicycli, ut habeatur argumentum lunae ad
705 instans medium inter ambas coniunctiones vel ambas oppositiones;
sed non additur vel subtrahitur hic tota longitudo cum duodecima,
quia sic haberetur argumentum lunae ad veram coniunctionem vel
oppositionem, ubi notabiliter fingeretur vel plus vel minus debito
moveri in toto tempore longitudinis et duodecimae. Aequando autem
710 ad instans medium, licet in prima medietate erretur in aliquo, in
secunda ad aequalitatem reducitur.

    (102) Et quia non est aliud argumentum latitudinis primo aequa-
et de isto nihil ad praesens. Computus ecclesiasticus est scientia

---

1 incipit--Gerlandum: *om.* N   **3** bonis. . .diff.: bono. . .difficili N   **10** qui est:
et deus N   dicit: *om.* N   **11** Algazel: Algadel N   **12** cohab. vel circ.:
coartantiam(?) vel circumspectionem N   **15** quattuor--domini: unde quanto
magis et principalius aliqua scientia ad deum finaliter ordinatur tanto est de
numero aliorum. ista vero scientia de qua praesens est intentio ut dicit venerabilis
doctor augustinus ad deum principaliter ordinatur nam eodem attestante quattuor
scientiae sunt in domo domini necessariae N   **19** discern.: N; disponendis vel d.
V   **23** superiorum: N; *om.* V   **25** praesens: ad p. N   **26** quare: quia VN

25 secundum usum ecclesiae temporis discretiva, et de isto praesens est
    intentio; quare iste libellus vocatur computus ecclesiasticus metricus
    et manualis.

    (2) Istis ita praelibatis, quia causa est ad cuius esse sequitur aliud,
    scilicet effectus, ideo causam quadruplicem istius effectus vel operis
30 inquiramus, scilicet quae sit causa materialis, finalis, efficiens et
    formalis. Causa materialis est tempus, quia de tempore in toto hoc
    opusculo pertractatur. Causa formalis est modus agendi et forma
    tractatus. Causa efficiens sive compilator huius opusculi fuit magister
    Petrus de Dacia. Et licet plures fuerint qui de illa materia tractave-
35 runt, tamen ille, quae ab aliis computistis diffusius tractabantur,
    artificialius et brevius compilavit, regulas computales ad quendam
    manualem modum applicando. Gerit enim practica vim formae
    scientiae declarativam, et ob hoc arti subiuncta est practica: nam
    ipsius artis necessitatem corroborat et discentis praecordia in tradita
40 scientia certiorat. Causa finalis sive utilitas est, ut habito praedicto
    opusculo auditio memoriae commendetur et habeamus notitiam
    eorum, quae in ipsa scientia continentur, et per consequens facilio-
    rem aditum ad ipsam astrologiam, cui supponitur liber iste. Dicitur
    enim computus a 'computo, -tas', non quia doceat computare, sed
45 quia computando docetur. His habitis ad litteram accedamus.

    (3) *Incipit libellus eius cuius supra cum expositione Petri de Dacia.*
        Computus est talis proprie dictus manualis:
        Laeva manus totum nobis facit hunc fore notum.
        Quattuor in partes opus hoc distinguere debes:
50   Dat cyclum prima solis, lunaeque secunda,
        Tertia dat festa, distinguit tempora quarta.

---

29 effectus vel: *om.* N   **33** compilator: N; -tio V   **34** dacia: datia VN
35 ille: illa V; iste ea N   **36** artificialius: -iosius N   quendam ma. modum:
quandam ma. practicam N   **38** scientiae: e(ss)e *add.* V; o( )e *add.* N   declar.:
informati(v)a(m)(?) *add.* N   subiuncta: -iecta N   nam ipsius--praec. in: *om.* N
40 certiorat: *vacat* N   ut habito p.o. auditio m. c-detur: ut p.o. audito et m.
c-dato N   **41** et: *om.* VN   **43** aditum: N; *om.* V   **44** computare: N; *om.* V
45 computando: N; componendo V   **46-51** (§ 3): *om.* N   **46** petri de dacia:
Berardellli; *n.l.* V   **48** facit hunc: h.f. V

(4) Dividitur autem libellus iste in prooemium et tractatum. Secunda
(5) incipit 'cyclus solaris', quae dividitur in quattuor partes, secun-
dum quod sunt quattuor capitula huius libri. Partes autem partium et
55 partium particulae satis per rubricas apparebunt. In prooemio *(3)*
breviter tria facit: primo ponit titulum sui libelli metrici, prout patet,
secundo ostendit, in qua manu debeat ordinari, et tertio dividit opus
suum in generali. Secunda ibi 'Laeva manus'; tertia ibi 'Quattuor in
partes'. Sed ponamus alios versus, antequam ulterius procedatur,
60 usque ad illam partem 'Tu concurrentes domini' *(23)*, quae alias
dividetur.

---

(5) *Primum capitulum istius libri de cyclo solari et littera dominicali.*

    Cyclus solaris septem quater occupat annos,
    Ac in iuncturis totidem poni decet illos.
65   Hic expandatur iuncturis postea versus:
    Filius Esto Dei Caelum Bonum Accipe Gratis.

(6) 'Filius' F signat, annum primum manifestat
    Solis; et indicis hanc radix tenet; 'esto' dat E, quam
    Vult medii radix, anni iunctura secundi;
70   Et sic de reliquis facias, velut ordo requirit.
    Primo ponuntur radices, inde sequuntur
    Iuncturae mediae, postea sunt reliquae.
    Versu finito, tu sumas hunc iterato,
    Donec in extrema parvi sistatur habena.
75   Solaque iuncturam deposcit dictio solam;
    Omni iunctura parvi sit dictio bina
    Propter bissextum, nam parvus denotat illum.

    Fructus Alit Canos Et Gallica Bellica Danos
    CamBit EDens GriFo BoAl DiCens FluEt AnGnus.

80 **(7)** Primo agit de cyclo solari in generali, secundo *(15)* in speciali.
Secunda ibi 'si forsan nescis'. Iterum prima in duas: primo agit de

---

52 libellus: liber N   **55** rubricas: lubr. N   **59** sed--procedatur: *om.* N
60 usque: usus(!) N   tu concur.: N; tuus(!) cur. V   **61** dividetur: V; d. *vel*
d-duntur N   **62-79** (§ 5-6): *om.* N   **73** hunc: hanc V   **75** iuncturam: -ura V
76 omni: anni V   **77** denotat: donat V   **81** secunda--nescis (?nesci V): 3⁰

cyclo solari in generali, secundo (*12*) ponit quaedam notabilia de bissexto, ibi 'tunc bissextus erit'.

(**8**) Ad primam (*5-6*) sic proceditur: Cyclus solaris est spatium 28
85 annorum, a seipso incipiens et in seipsum finiens et revertens, et dicitur cyclus quasi circulus; nam quemadmodum, si vellemus circuire aliquod corpus sphaericum circumpunctatum 28 punctis, incipiendo ab uno puncto reverteremur ad idem, sic est in proposito. Nam incipiendo a primo anno cycli solaris et procedendo per 28
90 annos ad litteram dominicalem primi anni perveniam, et ita per 28 annos continue procedendo. Solaris etiam nominatur a sole, ut a causa digniori, quia nisi esset sol, non esset annus. Annus enim est spatium, in quo sol circuit et peragrat 12 signa zodiaci, et 28 anni huiusmodi complent et perficiunt istum cyclum. Vel dicitur solaris ad
95 differentiam cycli lunaris, de quo inferius est dicendum. Si quaeratur, quare non sunt plures anni nec pauciores quam 28 in hoc cyclo, dicendum quod sunt 7 litterae feriales, scilicet A B C D E F G, quarum quaelibet potest esse, antequam totaliter compleatur cyclus, littera dominicalis 4 modis et 4 annis, scilicet primo anno post
100 bissextum, in secundo et tertio et in anno bissextili; ad hoc quod quaelibet istarum litterarum septem possit esse littera dominicalis in 4 annis, requiruntur 28 anni, quibus cyclus iste perficitur et completur, quare et cetera.   (**9**) Isti igitur 28 anni significantur per 28 iuncturas quattuor digitorum sinistrae manus, ita quod prima servit primo
105 anno, secunda secundo, et sic deinceps est dicendum. Ad habendam igitur litteram dominicalem in quolibet anno cycli solaris sumatur iste versus, scilicet 'Filius Esto Dei', qui per primas litteras singularum dictionum nobis ostendit litteras dominicales, secundum quod in cyclo solari ordinantur; ita quod prima dictio, scilicet 'Filius', ordine-
110 tur in radice indicis ad significandum quod F est littera dominicalis in primo anno huius cycli; secunda, scilicet 'Esto', in radice medii; 'Dei' in radice medici; et sic de aliis dictionibus est dicendum secundum

---

forsanne N   **82** secundo: 2⁰ N; 3⁰ V   **83** ibi: et illa VN   **84** proceditur:
om. N   **88** incipiendo: a primo anno cycli solaris procedendo per 28 annos
add. N *ex inferioribus*   **90** primi anni: N; *om.* V   perveniam: devenerimus N
93 circuit: N; currit V   **96** nec: etiam punctis *add.* N   **97** feriales: N; sodales
V   d: *om.* V   **99** littera: N; iste dicitur autem V
   101 septem: *om.* N   **103** significantur: N; -atur V   **109** ordinantur: -atur
VN   **111** dei i.r.m.: *om.* N   **114** addito: audito N   **116** circumcisione:

ordinem iuncturarum, donec veniamus ad ultimam iuncturam parvi
digiti, hoc addito, quod in qualibet iunctura parvi digiti duae
115 dictiones sunt ponendae propter duplicem litteram dominicalem in
anno bissextili existentem, quarum prima durat a circumcisione
usque ad festum beati Matthiae apostoli, alia vero per totum annum
residuum; sed in aliis annis non bissextilibus sufficit tantum una littera
dominicalis.   **(10)** Ratio autem, quare mutatur littera dominicalis in
120 quolibet anno in principio Ianuarii, haec est, quia in principio
kalendarii habemus A et in fine, ita quod de ultima die Decembris,
quae significatur per A, venimus ad primam diem Ianuarii, quae per
A similiter designatur; unde, si A in aliquo anno fuerit littera
dominicalis, ultima dies Decembris erit dominica, et statim venimus
125 ad primam diem Ianuarii, quae erit necessario dies lunae, modo ut,
quasi A commutavit feriam suam, aliae similiter mutant ferias suas,
ita quod G diem dominicam designabit. Et statim in alio anno iterum
venimus de ultima die Decembris, scilicet die lunae, ad primam diem
Ianuarii, scilicet diem Martis, ita quod ex consequenti F diem
130 dominicam designabit. Et sic de annis ceteris est dicendum per retro-
gradum ordinem litterarum, ut apparet in isto versiculo 'Filius Esto
Dei'. Et in anno bissextili iterum mutatur littera dominicalis in loco
bissexti vel paulo post, quia illa littera, scilicet F, in qua scribitur
festum sancti Matthiae, duplicem feriam repraesentat, et ita in
135 secunda acceptione mutat feriam, ad cuius mutationem mutatio
sequitur aliarum. Et hoc est quod dicitur in hac parte.

(11) Tunc sequitur illa pars 'Tunc bissextus erit': quando anni
domini possunt praecise per quattuor partes aequales per annos
integros dividi, ita quod nihil remaneat, tunc est annus bissextilis.
140 **(12)** *De bissexto et loco eiusdem.*

    Tunc bissextus erit, per partes quattuor aequas
    Annos partiri cum poteris domini.
    Bissextum sextae Martis tenuere Kalendae;

---

domini *add.* N   **119** domin.: quare etc. *add.* N   **123** a$_2$: *om.* N   **124** domi-
nica: dies d. N   **125** quae: N; qui V   ut quasi: ut q (!) V; quod N   **128**
die$_1$: N; *om.* V   decembris: N; -bri V   **129** diem: die VN   ex: N; ea V
133 vel: N; ut V   **136** parte: compotus etc. *add.* N   **139** remaneat: ut est a
add. V   **140-5** (§*12*): *om.* N   **143** bissextum: -tus V   tenuere: tenere V

Posteriore die celebrantur festa Matthiae,
145   Sabbata si fuerint ibi, non alibi celebrantur.

(13) Nota quod bissextus est excrescentia unius diei in 4 annis, et colligitur sic: Sol peragrando 12 signa zodiaci moratur in quolibet signo per 30 dies, per 30 trientes horarum et per 30 bisse momentorum. Et nota quod triens est tertia pars cuiuscumque rei divisae 150 aequaliter in tres partes; remota vero tertia parte alicuius rei constantis ex tribus partibus, residuum dicitur bisse, unde bisse nihil aliud est nisi duo trientes. Nota etiam quod 40 momenta faciunt unam horam, et sic 30 bisse momentorum faciunt 20 momenta, quae 20 momenta faciunt horam dimidiam; et 30 trientes horarum consti-155 tuunt decem horas, ut ex praedictis apparet; ita quod sol moratur in quolibet signo per 30 dies et 10 horas cum dimidia. Et sic moratur in 12 signis per 365 dies et per 6 horas, quae 6 horae in 4 annis constituunt unam diem naturalem, et illa dies intercipitur sexta kalendas Martii, et talis dies vocatur bissextus, et huius ratione totus annus 160 dicitur bissextilis. Et quia illa dies provenit et causatur ex bisse momentorum, ut dictum est, ideo bissextus dicitur, vel quia una dies bis legitur in tali anno, ideo bissextus nominatur. Unde versus:

Est hic bissextus quia sit de bisse creatus
Vel quia bis legitur, ideo bissextus habetur.

165 (14) Februarius dum haberet pauciores dies quam alii menses, diem habere meruit bissextilem, quare intercipitur in festo sancti Matthiae, ut signa signatis respondeant. Nam quemadmodum beatus Matthias non fuit principalis apostolus, immo vocatus ab aliis in sortem post dominicam passionem, similiter iste dies: non enim principaliter nec 170 totaliter illo anno intercipitur, sed aliunde provenit et causatur, ut superius est expressum, quare et cetera. Et sciendum est, ut dicit

---

148 per₁: N; *om.* V

153 momentorum f. 20 m. q. 20 m.: *om.* N   **155** ita quod: iam V; quod N   moratur: N; mutatur V   **156** et sic moratur: ergo N   **158** intercipitur: N; interpretatur V   sexta: sex N   **161** bissextus: N; -tilis V   vel: N; *om.* V   **162** anno: sexto kl. martii *add.* N   **163** hic: N; hinc V   bissextus: N; *om.* V   **166** quare: N; quia V   .**168** non: N; *om.* V   aliis: apostolis *add.* N **169** passionem: N; -nis V   enim pr.--illo anno: est pr.--de i.a. in quo N **173** duorum: dierum *add.* N   **175-82** (*§15*): si forsan nescis N(*lemma*)   **176** tu: *ante* quae V   **178** demas: divinas V   **184** sententia: N; sed causa V

textus, quod quando illa littera pro duobus diebus legitur, festum beati Matthiae in ipsorum duorum ultimo celebratur, quia a fine, tamquam a digniori, res denominatur.

---

175 **(15)** *Ad habendum quotus sit annus cycli solaris secundum Gerlandum.*

Si forsan nescis quae littera tu domini sit
Et quotus est solis annus cognoscere quaeris,
Annos a domini demas annis prius octo,
Perque quater septem domini diviseris annos;
180 Dat quotus est solis annus quicquid remanebit,
Et, si nil restat, tunc supremum fore constat.
Octo bis ex centum remanent, ex mille viginti.

(16) Superius (5) dictum est de cyclo solari in generali, nunc autem agitur in speciali; ordo patet. Sententia huius partis talis est: Ad 185 habendum quotus sit annus cycli solaris secundum Gerlandum, videlicet utrum primus vel secundus vel tertius et sic deinceps, attendendus est numerus annorum domini, et primo removendi sunt octo anni semel ab annis domini; deinde dividantur omnes anni residui per 28, quotienscumque poterimus; facta autem divisione aut 190 aliquid remanebit aut nihil. Si aliquid remanserit, illud quod remanserit dabit nobis quotus sit annus cycli solaris; si vero nihil remanserit, erimus in ultimo anno, scilicet vicesimo octavo; computatione autem facta, de 28 nihil remanet. Ratio vero quare subtrahuntur 8 anni ab annis domini haec est, quia secundum Gerlandum transie- 195 rant 20 anni de isto cyclo, quando Christus natus fuit; unde ad perfectionem cycli, incipiendo a dicta nativitate, eiciendi 8 anni de annis domini.

(17) Nota etiam quod duo fuerunt computistae qui de isto cyclo tractaverunt diversimode, scilicet Gerlandus et Dionysius abbas. Et 200 licet idem sit realiter, tamen melior est opinio Gerlandina, quia Dionysius incipit cyclum solarem ab anno bissextili, in quo habemus

---

186 et sic: N; sit V   **188** semel: simul vel s. N   **190** aut nihil--quod rem.: *om.* N   **192** erimus: N; e. aut V   anno: *om.* N   **192-3** comput.(commut. V)--remanet: *om.* N   **193** 28: 68 V   **195** 20: N; octo V   **196** incipiendo--eiciendi: iam incepti accipiendi sunt N   **200** sit: faciant N

G et F pro litteris dominicalibus, et talis annus est duodecimus
secundum Gerlandum; erravit siquidem Dionysius incipiendo cyclum
ab anno bissextili, cum ante annum bissextilem tres anni debeant
205 praecedere, ex quibus una cum quarto anno bissextus provenit et
causatur; et sic posuit effectum ante causam. Gerlandus vero sic
ordinavit cyclum, quod quartum annum posuit bissextilem. In hoc
differunt isti duo, quod Gerlandus, ut visum est, removet octo annos
in divisione annorum domini, Dionysius vero addit novem. Unde,
210 habito quotus sit annus cycli solaris secundum Gerlandum, addantur
anni XVII, et habebitur quotus sit secundum Dionysium; vel a cyclo
Gerlandino subtrahantur XI anni, quod idem est, et habebitur cyclus
Dionysii.

(18) Nota quod a creatione mundi usque ad adventum Christi
215 fuerunt anni quinque milia centum et nonaginta novem, 5199, et ab
origine usque ad annum Christi millesimum trecentesimum vicesi-
mum fuerunt anni 6619. Unde si nescieris numerum annorum
domini, subtrahe annos, qui fuerunt a creatione mundi usque ad
adventum Christi, de toto numero annorum mundi usque ad annum,
220 de quo quaeris, et residuum erit numerus annorum domini. Unde
versus de annis a creatione mundi usque ad adventum Christi:

> Quingentos decies et bis centum minus uno
> Annos dic ab Adam, donec verbum caro factum est.

(19) *Quomodo debemus semper transire iuncturam radicalem.*

225
> Iuncturas transis quotiens numerum superaddis,
> Sed pro praeteritis tu retrograde numerabis.
> Annum radicis excludit circulus omnis.

(20) Habito quotus sit annus cycli solaris pro anno praesenti, et per
consequens quae sit littera dominicalis et in qua iunctura sit pro ipso
230 anno praesenti et radicali, si volueris scire ad aliquod tempus
praeteritum vel futurum annum cycli solaris et litteram dominicalem,

---

203 cyclum: solarem *add.* N   **205** anno: ut dictum est *add.* N   et: N; unde
V   **206** causatur: habetur VN   vero: N; non V   **207** cyclum: et [[m]]erito
add. N   in: N; et V   **211** xvii: 42 V; 28 N   **212** xi: v N   **214-23** (§ *18*):
om. N   **216** trecentesimum--6619: *sic* V   **219** annorum: *om.* V   **221** annis
a creatione: ante c-nem V   **223** donec: do V   **224-7** (§ *19*): iuncturas transis
N(*lemma*)   **226** praeteritis: ceteris V   **227** excludit: -tur V   **230** et: N;

transi ad tot iuncturas, ad quot annos venire volueris, ita quod pro
tempore praeterito ordine retrogrado, pro tempore vero futuro
ordine progressivo – ita tamen quod iuncturam radicalem, id est
235 iuncturam anni praesentis, teneas exclusive, illam non computando,
et hoc quidem observandum est in quolibet cyclo, tam in decem-
novennali quam in indictionali, iuxta illud 'annum radicis etc.' –, et
cum veneris ad iuncturam illius anni, de quo intendis, praeteriti vel
futuri, expande istum versiculum 'Filius Esto Dei', et invenies
240 litteram dominicalem, ut satis patet cuilibet subtiliter intuenti. Ve-
rumtamen si tu quaeras de maiori numero quam de 28, remove ab
illo numero 28 quotienscumque poteris, et residuum ordina ante
iuncturam in qua es, illa semper exclusa, ut superius dictum est.

(21) Vel aliter: si ille numerus, de quo quaeris, sit praecise divisi-
245 bilis in 4 partes per annos dividendo, tunc quartam partem illius
numeri ordina et computa in digito, in quo est iunctura, iunctura
tamen radicali exclusa semper, ita quod pro tempore praeterito
ordine retrogrado, pro tempore futuro ordine progressivo; et ubi per
talem computationem in eodem digito factam quarta pars illius
250 numeri terminabitur, in eadem iunctura per computationem 4 digi-
torum totalis numerus; et sic in quarta iunctura erit ad centum annos
et in quinta ad mille. Unde versus

Quartaque iunctura dat centum, milleque quinta.

Si vero numerus non fuerit praecise divisibilis in 4 partes ut dictum
255 est, sume maiorem numerum divisibilem in 4 partes contentum sub
ipso numero de quo quaeris, et quartam partem ordina et computa
in eodem digito, in quo es, ut dictum est, residuum autem ordina per
processum aliorum digitorum secundum cycli ordinem. Totaliter
procedendo usque ad iuncturam illius anni, de quo quaeris, habebis
260 semper litteram dominicalem istum versiculum expandendo 'Filius
Esto Dei'.   (22) Poteris etiam habere septem litteras dominicales in

om. V   **233** retrogrado: N; -de V   **235** exclusive: -vam N   **239** et: N;
quod V   **240** subtiliter: *om.* N   **242** poteris: N; volueris V   **243** iunc-
turam: vel post iuncturam *add.* N   dictum est: est expressum N   **245** annos:
integros *add.* N   **246** iunctura₂: *om.* VN
     251 numerus: terminatur *add.* N   et: N; *om.* V   **252** unde versus: *om.* N
254 ut dictum--partes: *om.* N   **255** contentum: conceptum VN   **257** es: est
V*p.c.*   autem: N; vel V   **259** usque: devento autem N   **260** expandendo:
exponendo N   **261** septem l.d.--iuncturis: et l-am d-em et iuncturas N

septem iuncturis indicis per istum versiculum 'Fructus Alit Canos
etc.'. Per eundem etiam versum habebis septem litteras dominicales
medii digiti, incipiendo tamen ipsum in radice ipsius medii et
265 dicendo per ordinem septem iuncturarum medii, incipiendo ab ista
dictione 'Et Gallica Bellica etc.'. Iterum in medico habebis litteras
dominicales per eundem versum, incipiendo ipsum ab ista dictione
'Danos', dicendo per ordinem iuncturarum medici. Duplicem vero
litteram dominicalem habebis in qualibet iunctura parvi digiti per
270 istum versum 'CamBit EDens etc.', ita quod duae primae litterae
duarum syllabarum in qualibet iunctura parvi digiti in anno bissextili
duplicem dominicalem litteram repraesentant.

(23) *De concurrentibus et regularibus ferialibus.*

Tu concurrentes domini per grammata nosces:
275 A sex, B quinque, C quattuor, E duo, D tres,
Primus concurrens F littera, septimus est G.
Mensis cognosces regulares sic feriales:
Quinque monos terni sex unus et inde quaterni
Septem post bini quini septem tria seni.
280 Dant feriam mensis concurrens et regularis.
Si plus quam septem, reliquum cape, reice septem.
Sunt in Marte novi concurrens et regularis.

(24) Ad sciendum quota feria quilibet mensis incipiat, duo numeri
sunt inventi, scilicet concurrens et regularis ferialis. Concurrens est
285 numerus variabilis datus anno, et dicitur concurrens quasi cum alio
currens, scilicet cum regulari feriali. Quotus sit concurrens in quoli-
bet anno, patet per hos versus 'A sex, B quinque etc.', quorum
sententia talis est quod, quando habemus A pro littera dominicali,
tunc habemus 6 pro concurrente, quando B, 5, et cetera, ut in littera
290 satis patet. Concurrens in Martio renovatur et durat a Martio usque ad
Martium.

---

263 habebis: N; *om.* V   **264** medii$_2$: ab ista dictione *add.* N   **265** incip. a.i.d.:
om. N   **266** et: N; *om.* V   medico: N; medio V   **270** cambit: N; cohe-
re(n)s V   ita quod: N; itaque V   duae: die N   **272** dominicalem: N;
-cam V   repraesentant: N; -tat V ·   **273-82** (*§23*): *om.* N   **277** mensis:
menses V   **283** ad sc.--mensis: *om.* N   **286** feriali: f-arum N (*sic vel* f-ae
saepius)   **287** patet: apparet N   **288** sententia: N; summus V   **292**

(25) Regularis ferialis est numerus invariabilis datus mensi, et dicitur regularis a regula, eo quod est invariabilis sicut regula; tamen quilibet mensis habet suum regularem; et dicitur etiam ferialis, quia
295 facit ad feriam cognoscendam. Quotus autem sit regularis ferialis cuiusque mensis, habetur per hos versus 'Quinque monos etc.'. In istis siquidem versibus sunt 12 dictiones numerales 12 mensibus servientes, prima Martio, secunda Aprili, tertia Maio et cetera; et sic habemus quod Martius habet 5 pro regulari feriali, Aprilis 1, Maius
300 3, et cetera. Vel aliter: iunge regularem ferialem Martii cum diebus eiusdem, et a toto numero subtrahe 7 quotienscumque poteris; et residuum erit regularis Aprilis, et sic de aliis est dicendum. (26) Iunge ergo regularem ferialem mensis cum concurrente anni, et numerus inde proveniens dabit quota feria ille mensis incipiat, cuius regu-
305 larem iunxeris concurrenti; unde si maior numerus proveniat ex tali additione quam 7, remove 7, residuum assumendo.

Vel aliter: vide quota feria designatur per tertiam diem mensis Martii, et totus est concurrens huius anni, incipiendo a Martio, quia Martius quantum ad constitutionem mundi fuit primus mensis; et
310 dehinc habes hunc versum:

Concurrens totus F quota Martis erit.

(27) *De duodecim mensibus, et de diebus eorundem, quot quilibet habet.*

Annus solaris ex mensibus est duodenis:
Ia Fe Mar Ap Ma Iu Iul Au Sep Oc No Dece.
315 Iunius, Aprilis, September et ipse November
Dant triginta dies, reliquis superadditur unus.
De quorum numero Februarius excipiatur,
Nam septem quater fertur habere dies;
Sed cum bissextus fuerit, superadditur unus.

---

invariabilis: var. N   **292-3** mensi--invar. sicut: *om.* N   **294** suum: N; suam V   **297** versibus: duobus v. N   **298** maio: N; maii V
    302 regularis (-are N *ut saepius*): r( )alis V (*sic saepius*)   **306** quam: N; quod V   remove 7: *om.* N   **307-11** vel aliter--martis erit: *om.* N   **311** f: facit V
312-29 (§*27-8*): *om.* N   **315** september: -bris V   **326** meabat: -bit V

320 **(28)** *De duodecim signis zodiaci.*

Zodiacum signa totum claudunt duodena.
Est Aries Taurus Gemini Cancer Leo Virgo
Libraque Scorpque Sagit Capricornus Aquarie Piscis.
Semper quindenis scribuntur signa kalendis;
325   Est Aries Marte, post ordine cetera pone.

Sol erat octavo, bis nono luna meabat,
Quando fuit Christus de sacra virgine natus.
Solstitium decimo Christum praeit atque Iohannem.
Aequa Crucis festum dant tempora Martis et Idus.

330 **(29)** *De divisione mensis cuiusque.*

Sex Maius Nonas October Iulius et Mars,
Quattuor et reliqui, tenet Idus quilibet octo.
Inde dies reliquos omnes dic esse Kalendas,
Nomen sortiri debent a mense sequenti.
335   Versibus his noscas mensis cuiusque Kalendas:
Tantum Tendebat Quod Regem Summa Regebat
Sanctus Rex Talis Sapienter Regna Subivit.
Cum bissextus erit, unam Marti-super addis.

(30) Diviso itaque anno solari in 12 menses et in dies mensibus
340 resolutis, unicuique diei dederunt computistae propriam denomina-
tionem, et hoc tripliciter. Prima dies mensis cuiusque dicitur Kalen-
dae quasi colendae, quia in prima die cuiusque mensis fiebat festum
Iunonis, quae secundum Ovidium uxor fuit Iovis, et interpretatur aer
inferior. Vel dicuntur Kalendae a 'calo', quod est clamare vel vocare;
345 nam praeco ascendebat pinnaculum templi et clamabat totiens 'kalo',
quot erant dies quibus licebat homines liberos et immunes venire ad
huiusmodi festum, in prima die mensis cuiuslibet celebrandum.

(31) Deinde post primum diem mensis sequuntur Nonae quasi
nundinae, quia in illis vendebatur et emebatur; sed ultima dies dice-

328 iohannem: -nes V   **330-8** (§*29*): sex maius etc. N(*lemma*)   **335** noscas:
nota V   **338** cum: qui V   erit unam marti: fuerit una martis V   **340**
propriam (-ia N): ipsam V   **343** iunonis: N; nonis V   **344** inferior: N; -ius
V   vel vocare: *om.*N   calo: N; colo V   **345** pinnac.: N; per pinnac.
V   totiens kalo q.e.d.: t.k. quotiens d. N; totius kale quod erat diebus V

350 batur principaliter Nonae, et alii dies inter Nonas et Kalendas deno-
minantur a 'Nonas' cum numero, ut dicendo 'quarto Nonas', 'tertio
Nonas', et cetera.

(32) Post Nonas vero sequuntur Idus, et dicuntur Idus ab 'iduo,
iduas', quod est 'divido', quia in illis diebus nundinae dividebantur
355 et unusquisque ad propria remeabat. Quot Nonas quilibet mensis
habeat, quot Idus, habetur per hos versus 'Sex Maius Nonas etc.'.
Post Idus omnes aliae dies dicuntur Kalendae mensis sequentis et
denominantur a prima die mensis sequentis cum numero, ut '19
Kalendas' et cetera, descendendo usque ad primam diem mensis.

360   (33) Nota etiam quod, licet bene dicamus 6. vel 5. Kalendas vel
Nonas vel Idus talis mensis, tamen non bene dicitur '2° Kalendas' et
cetera, quia 'secundus' dicitur a 'sequor, sequeris', et talis dies non
sequitur, sed praecedit; sed debemus dicere 'pridie Kalendas', id est
primam diem ante Kalendas vel Nonas vel Idus. Ipsos autem tres dies
365 principales in quolibet mense sine numero proferamus ablativo casu,
ut 'Kalendis, Nonis, Idibus' etc.

(34) *De kalendario manuali, qualiter ordinandum sit in sinistra manu.*
Postea de festis fixis sit regula talis:
A B C sunt extra, G supra, tres habent intra,
370   Radices dant D, dant E mediae, sed F trinae.
Mensis cuiusque coeptum versus dabit iste:
A-Dam De-Ge-Bat Er-Go Ci-Fox A-Dri-Fex.
Pro solo mense deservit syllaba quaeque.
Iuncturis istum sic debes ponere versum:

---

349 v-tur et e-tur: res v-ntur et e-ntur N   dies dic.: dicitur N   **350** alii d.:
N; aliis diebus V   **350-2** denom.--tertio nonas: *om.* N   **350** denominantur:
-atur V

352 et cetera: quot nonas--sex maius (*l.* 355-6) *hic habet* N   **354** divido: 'dis
add. N   **355** remeabat (-bit N): quilibet mensis habet octo idus et denominan-
tur ab ultimo cum numero ut octavo idus septimo idus etc. *add.* N   **355-6** quot
nonas--nonas etc.: *om.* N, *cf. ad l.* 352   **356** quot idus: *om* N   **357-8** et denom.
--sequentis: *om.* N   **360** licet bene dic.: N; b. dicitur V   **361** dicitur: dicetur
N   et cetera: non( ) vel id( ) N   **363** praecedit: quare et cetera *add.*
N   debemus: N; *om.* V   kalendas (kl( ) N): non( ) vel idus *add.* N   **366** kal.
non. id. etc.: data kl( ) non( ) vel idus N   **367-474** (§ *34-47*): *om.* N   **372** ci: a
V   **374** istum--versum: tribus (*cf.* §60)--versus V   **376** fox: fex V   **377**

375   Index A, medius Dam De Ge Bat, medicans Er
       Go Ci, Fox A parvus, indice pone Dri Fex.
       Anni pro festis sunt versus bis duodeni,
       Nam quivis mensis binos versus retinebit.
       Versus ponantur ubi mensis cui famulantur,
380   Solaque iuncturam deposcit syllaba solam.
       Demonstrat festa sanctorum syllaba prima;
       Expandas digitis versus ut hic ordo requirit:

(35) *Ianuarius.*

[1]Ci *circumcisio*   [2]Octave *Stephani* Ia[nu]⟨nu⟩*arius mensis*   [6]Epipha-
385   nia *domini*   [10]Paulus *primus eremita* et   [13]Octave *epiphaniae*
       [14]Fel*icis*   [15]Mauri[cii]   [16]Marc*elli*   [17]Antonii
       [18]Prisca *virgo*   [20]Fab*iani et* Seba.   [21]Ang⟨n⟩*etis*   [22]Vin*centii*
       [23]Emer*entianae*   [25]Paulus *conversio Pauli*   [27]Juli*ani conf.*
       [28]trans*latio sti. Thomae conf.*   [29]Agn*etisque* se*cundo*

390   **(36)** *Februarius.*

[1]*Ignatii martyris*   [2]Pur*rificatio Mariae*   [3]Blas*ii martyris*   [4]Anniver-
       sarium   [5]Agathae   [6]Vedasti *et Amandi confes.* et   [10]Scol*asticae*
       virginis   [11]Vilgel*mi confessoris* que   [14]Valent*ini martyris*
       [16]Julia*nae virginis* coniunge tu   [22]Petrum *cathedra sti. Petri*   [24]Ma-
395   thiam *apostolum* inde

(37) *Martius.*

Martius *mensis*   [4]doctorum *ordinis praedicatorum*   [7]Thomae *ordinis*
       praedi*catorum* et   [12]Gregor*ii papae et confessoris* decoratur
simulque   [21]Bene*dicti abbatis* iuncta   [25]Maria *annuntiatio virginis*
400   genitrice

(38) *Aprilis.*

April *mensis* in   [4]Am*brosii epi. et conf.*   [5]Vincentii *ordinis praedi-*
       catorum que *festis ovat atque*   [14]Tiburti[i] *et Valentini et Maximi*
coniunguntur festa   [23]Georg*ii mart.*   [25]Marci *evangelistae* que
405   [28]Vi*talis mart.* [et]   [29]Petri *ordinis praedicatorum* ⟨*⟩

(39) *Maius.*

[1]Phil*ippi* et Iacobi   [2]Katerinae *virginis* or.pre.   [3]Crux *exaltatio*

---

anni: amen V   duodeni: -nis V   **380** iuncturam--syllaba: i-a--s-am V
381 festa: *om.*V   **383-468** §35-46 *ex* V *exempli gratia reddo: v. praef.* §4 *ad fin.*

(4)sertum *coronae domini*   (6)Ioannis *ante portam La.*   (7)Translatio
Petri mart.   (8)Michaelis que   (10)Gordiani et   (12)Nerei *et Achillei*
410   (13)Serva*tii conf.* florem Mai⟨i⟩   (19)Potentianae *virginis* cum domini
(24)Translatio sti. *Dominici patris nostri*   (25)Urbani *papae* nec non
(30)Fe⟨licis⟩   (31)Petronillae *virginis*

(40) *Iunius.*
Cum   (2)Marcell⟨in⟩o *et Petro martyrum* iunge   (8)Medardi *martyris*
415   (9)Primum *et Felicianum*   (11)Barnabae *apostoli*   (12)Bassilidis
(13)An*tonii ordinis minorum* et   (15)Viti *et Modesti martyrum*
(16)Marti*alis conf.*   (18)Marci *et Marcelliani*   (19)Gervas*ii et Protasii mar-*
tyrum que   (22)Decem *milia martyrum*   (24)nativitas *Iohannis*
Baptist*ae*   (26)Iohan*nis et Pauli martyrum*   (28)Leonis *papae*   (29)Pe-
420   *tri* Pauli *apostolorum*

(41) ⟨*Iulius.*⟩
(1)Octave *Iohannis baptistae*   (2)Visitatio *virginis Mariae*   (3)Processi *et*
Marti⟨ni⟩ani   (6)Octave *apostolorum* simul   (9)Octave *visitatio.*
(10)Septem *fratrum*   (11)Proco*pii* socio quaerit   (17)Alex*ii confessoris*
425   que
(20)Margaritae *virginis et martyris*   (21)Praxedis   (22)Magdalenae   (23)Ap-
pollinaris martyris   (24)Cristinae *virginis*   (25)Iacobi   (26)An*nae*
(27)Marthae *virginis*   (28)Na[[za]]*arii* Cel⟨si⟩   (29)Fel*licis*   (30)Abdon
(31)Germani *confessoris*

430   **(42)** ⟨*Augustus.*⟩
(1)Petri   (2)Steph*fani papae*   (3)Steph*fani protomar. inventio* et   (5)Do-
minici   (6)Transfiguratio *domini*   (7)Donati   (8)Ciriaci que
(10)Laurentii   (11)Tib[[i]]urtii   (12)Octave ⟨Dom.⟩   (13)Ipo*lyti*
(14)Euse*bii*
435   (15)Assum*tio virginis*   (17)Octave   (18)Aga*piti* que   (20)Bernardi *abbatis*
(22)Octave *assumptionis* et   (24)Bartolomaei   (25)Ludovici   (27)Ruf-
fi[*ni*] *mar.*   (28)Augustini *epi. et conf.*   (30!)Felicis   (29!)Iohannis *de-*
collatio que

(43) ⟨*September.*⟩
440   (1)Aegid*ii, -dii abbatis* September *mensis*   (4)Octave *Augustini*   (5)Anni-
⟨ver⟩[ver]sarium *ordinis*   (8)Nattivitas *Mariae virginis*   (9)Gorgonii et

---

412 fe: se V   **415** basilidis: bass*ilius* V

[11]Prot*ti et Iacinti* iunctis   [14]Crux *-cis exaltatio* ⟨*⟩
[16]Eu*femiae virginis et mar.*   [17]Lambertum *epi. et martyris* vult
[21]Mathaeum *apostolum* simul et   [27]Cosmae *et Damiani*

445   [28]Vinc[es]⟨*es*⟩*lai martyris*   [29]Mich*aelis archangeli*   [30]Jeronymi
confessoris

(44) ⟨*October.*⟩

[1]Rem*igii epi. et conf.*   [2]Leodegarii   [4]Francc*isci or. minorum* iungit
[7]Marcum *papam et confessorem*   [9]Dionis*ii et sociorum eius mar.*

450   que   [13]Ed[u]⟨*u*⟩*ardi conf.*   [14]Calixtum *papam et martyrem*
et   [18]Lucam *evangelistam* cum   [21]Undecim *milibus virginum de*
Colonia tu   [25]Cris*pini et Crispiniani martyrum* sume   [28]Simonem
et Iudam apostolorum   [31]Quin⟨*ti*⟩*ni martyris*

(45) ⟨*November.*⟩

455   [1]Om *omnium sanctorum*   [2]Memoratio *omnium fidelium* November
mensis   [6]Leonardi *confess.*   [8]Quatuor *coronatorum*   [9]Theodori
martyris   [11]Martin*ni epi.*   [13]Brig*cii epi. et conf.* tenet ⟨*⟩
cum   [18]Oc⟨*tava Martini*⟩   [19]El[i]⟨*isabeth*⟩ adde   [22]Ce⟨*ciliae*⟩
[23]Cle⟨*mentis*⟩   [24]Cri⟨*sogoni*⟩   [25]Katt*erinae virginis et martyris*

460   et   [27]Agricolae *et Vitalis*   [29]Sat⟨*urnini*⟩ *-one(?) martyris*   [30]An-
dreae apostoli

(46) ⟨*December.*⟩

December *mensis*   [4]Barbar*ae virginis et mar.*   [6]Nicol*ai epi. et conf.*
[8]sancticat *Mariae sanctificatio*   [11]Dama*si papae et confessoris*

465   [13]Luciam *virginem et martyrem*
postulat inde   [21]Thomas *apostolus* sibi   [25]Natt*ivitas domini*
[26]Steph*fani protomartyris*   [27]Johannis *apostoli et evangelistae*
[28]Pue⟨*r*⟩*orum*   [29]Thomae *epi.*   [31]Silv*estri confessoris*

---

(47) *De inventione aurei numeri et* q⟨*?uousque*⟩ *duret et ad quid valeat.*

470   Ignorans numerum qui lunae praedicat ortum,
Per denos nonos Domini diviseris annos,

---

442 iunctis: *ex* iacinct(i)? V
458-9 ce,cle,cri (*Nov. 22-4*): te, de,gri V   **469-74** (*§47*): *om.* N   **471** nonos:
nouos V   **472** notat: denotat V   **475** inveniendum: N: aureum numerum

Adiungens unum; quicquid superest, notat illum,
Et si nil restat, decimum nonum fore constat.
Dant centum quinque; duodenos dant tibi mille.

475 **(48)** Ad inveniendum primam lunam in kalendario quidam numerus
est positus et signatus, qui dicitur numerus aureus, quia sicut aurum
praecellit alia metalla, ita iste numerus inter alios numeros subtilior
reperitur; vel dicitur aureus, quia antiquitus litteris aureis scribebatur.
Iste igitur numerus durat per 19 annos, ita quod in primo anno
480 habemus 1 pro numero aureo, in secundo 2, et sic consequenter
usque ad 19. Postea revertimur ad 1, procedendo semper per 19
annos, et ideo iste processus dicitur cyclus decemnovennalis. Si igitur
vis scire, quotus sit numerus aureus et quotus annus cycli 19'lis, adde
unum annum annis domini, et deinde divide totum per 19 quotiens-
485 cumque poteris, et quicquid ultra remanserit erit aureus numerus; et
si nihil remanserit, tunc erit in 19° anno.   **(49)** Quare autem iste
cyclus non habet plures vel pauciores annos quam 19, haec est causa,
quia ille qui aureum numerum adinvenit, et dicitur quod fuerit Iulius
Caesar, in primo anno suae dominationis ubicumque invenit primam
490 lunam in quolibet mense posuit 1, in secundo 2, in tertio 3, et cetera
usque ad 19. In 20° vero anno invenit primam lunam in quolibet
mense ubi posuerat 1, in 21°, ubi posuerat 2. Invento igitur numero
aureo alicuius anni, ubicumque in quolibet mense per totum annum
ipsum inveneris, eadem die dic lunam esse primam, et sic secundum
495 kalendarium ecclesiasticum; et tamen quando dicitur prima secun-
dum ecclesiam, iam est tertia vel quarta secundum naturam, ut
inferius apparebit.

*add.*V   kalendario: ecclesiastico *add.*N   **477** inter alios numeros subtilior: N;
subtiliter V   **480** et sic consequenter: in 3° 3 etc. N   **483** cycli 19'lis: xix'alis
N; *om.*V   **486** 19° anno: b (?) *add.*V; nota quod quando dominus natus fuit de
isto cyclo trans⟨i⟩erat unus annus et ideo additur unus annus annis domini per 19
dividendo *add.*N   **488** aureum: *om.*N   et dicitur. . .caesar: N; dicitur. . .cae-
sar qui V   fuerit: *om.*N   **489** dominationis: indaginis N; considerationis
Guilelmus (Harper p. 109)   **490** lunam: N; litteram V   **491** 20°: vicesimo N; 2°
V   lunam: N; litteram V   **492** in 21°: et secundam N   posuerat 2: et sic
deinceps est dicendum quare etc. *add.*N   **494** inveneris: invenies V*a.c.*
496 ecclesiam: N; -asticum V   quarta: N; q. die V   **497** apparebit (*nusquam,*

(50) *De ordinatione aurei numeri in digito sinistrae manus.*

Addit lunaris tres cum decimo novenalis;

500 Denis nonisque completur cyclus uterque.

Aureus hinc numerus est versibus his manifestus:

Ternus undin nod octo sexd quinque tred ambo decem dod

Septem quin quartus duc iota novem dep ui quod.

(51) *In qua iunctura incipiat quilibet mensis.*

505 In digitis quinque numerus situabitur iste:

'Ter' parvi bina, 'nus' trina dat, 'und' tibi summa,

'Din' tibi dat quinta, 'nod' sexta, dat 'oc'que suprema,

'To' dat pol media, 'sexd' ra pol, 'quin' dabit in ra.

In totum comple, medium, medicum superadde;

510 Ra parvi finit numerum, quia 'quod' retinebit.

(52) In istis duobus versibus praedictis sunt 19 dictiones aureum numerum designantes, secundum quod in kalendario ordinatur, quarum aliquae sunt bisyllabae et aliquae monosyllabae: quaeque bisyllaba denotat numerum cum spatio subsequenti, monosyllaba 515 vero solum numerum repraesentat. Sunt autem in istis versibus 30 syllabae, et debent ordinari in 30 iuncturis, ut patet in textu, incipiendo in secunda parvi digiti, ponendo 'ter', in tertia 'nus', in summitate 'un', in quinta 'din', in sexta 'nod', in ultima 'oc', in media pollicis 'to', in radice eiusdem 'sexd', in radice indicis 'quin', in 520 secunda 'que', et sic deinceps, donec ultima syllaba, scilicet 'quod', in radice parvi digiti ordinetur, etc.

(53) Taliter incipies iuncturis postea menses:

Bina Ia Mar, Feb A terna, Ma summaque, Iunius extra,

ut vid.): VN   **498-510** (§*50-1*): ternus undin etc. N(*lemma*)   **499** addit: additur V   **500** denis: deinde V

506 dat: dant V   **508** ra pol: in(!) apol V   in ra: in 2ª V   **511** praedictis: *om.* N   **513** quaeque b-ba d-at: quae b.d. V; q. b-bae d-ant N   **514** cum: N; omni V   monosyllaba...repr-at: m-ae...r-ant N   **516** et debent o. in 30 iuncturis (-ura V) u.p.i.t.: iuncturis N   **517** secunda: iunctura *add.* N   **518** un: N; und V   **519** to: N; cto V   **520** que et sic d.: et s. d. per ordinem N   quod: quat N *ut alii testes versuum*   **522-7** (§*53*): taliter incipiens etc. N(*lemma*)   **522** incipies: -ens VN   iuncturis p. menses: i-re p. m-is V   **523** summaque: suppremaque V   iunius: p( )ns V   **527** cisio: cinsio V

Post Iul, Au suprema, Sep Oc ra pol, in No De post ra.

525   Iuncturis primam si vis inquirere lunam,

expandas digitis versus ut hic ordo requirit:

Cisio etc.

(54) Ianuarius, ut textus docet, et Martius incipiendus est in secunda iunctura parvi digiti, Februarius et Aprilis in tertia, Maius in
530   summitate, Iunius in quinta, Iulius in sexta, Augustus in ultima; September et October in radice pollicis, November et December in secunda indicis; quibus mensibus taliter ordinatis et inceptis si vis scire quoto die alicuius mensis luna sit prima secundum kalendarium, expande in iuncturis duos versus de 'Cisio' deservientes ipsi
535   mensi, incipiendo ipsos in iunctura, procedendo per ordinem iuncturarum in quibus ordinantur isti versus 'Ternus undin etc.'; et quaecumque syllaba tetigerit iuncturam illius anni numerum aureum designantem signat lunam primam in die cuicumque dicitur syllaba deservire.

540   (55)   Maiori numero debetur tertius ordo,

Cumque minor sequitur, maiori continuatur;

Sed facienda locis instantia sit duodenis:

Mensibus in paribus sex sunt, dicit tibi versus:

Sic faciet saltum 'bla si in steph o bar' addo,

545   Sex aliae resident in sex, factae prope finem:

'Un nod din' ponet tibi Iulius atque sequentes.

Octo Feb terna, duo dent Augusque December,

Iunius est quartae, sextae donetur Aprilis

Octo Decemberque November Iul Au Sep fine tenetur.

550   (56) Hic ponitur regula bimembris, scilicet de situatione aurei numeri in kalendario, et regula de se patet. Ab ista autem regula sequuntur 12 exceptiones, quae instantiae nominantur, quarum sex

528 ut textus d.e.m.inc. est: et mars N   **531** september, oct-er, nov-er, dec-er: N; septembrem, oct-rem, nov-rem, dec-rem V   **532** si: N; om.V   **534** de cisio: V (cf. l.527); om. N   deserv.: serv. N   **535** incipiendo: -ens N   iunctura: in qua ipse incipitur add. N   **537** quaecumque: quinque N   **538** designantem: N; -ntes V   signat: V; significat N   cuicumque: cuiusque VN   **540-9** (§55): maiori numero N(lemma)   **543** in par.: impar. V   **544** steph: schef V   **545** sex₁: sed V   **547** terna: externa V   **548** iunius: iulius V   **551** et regula: r(ubri)ca N   patet: in littera add. N   **552** exceptiones: N;

sunt in mensibus paribus circa principia eorundem. Menses autem pares sunt illi qui faciunt numerum parem inter alios menses, et sunt
555 secundus, quartus, sextus, octavus, decimus duodecimusque, scilicet Februarius, Aprilis, Iunius, Augustus, October, December; et alii sex dicuntur impares. Quilibet igitur de paribus habet unam instantiam circa principium suum, ita quod Februarii tertia die evenit instantia, eo videlicet quod ibidem ordinantur 19 post XI in secundo loco,
560 nullo spatio mediante, quod est contra regulam 'maiori numero etc.'. Alia instantia evenit sexta die Aprilis, alia quarta die Iunii, alia secunda die Augusti, et isti tres proveniunt et causantur ex eo videlicet, quod in locis praedictis ponitur iste numerus 16 immediate post 8, quod est contra istam regulam 'maiori numero etc.' Alia
565 instantia evenit tertia die Octobris, quod habet scribi iste numerus 13 immediate post 5, quod similiter est contra regulam. Et alia instantia est secunda die Decembris, eo quod hic in eadem linea scribuntur duo numeri, scilicet 13 et 2, et est contra regulam, quia iste numerus 2 debet scribi in sequenti linea et scribitur in eadem.
570 Sed hoc fit quia, quando habemus 2 pro aureo numero, hic incipit primus embolismus, et cum lunatio embolismalis habeat 30 dies, ideo iste numerus 2 hic antecipatur per unum diem, quia aliter non esset illa lunatio 30 dierum.

(57) Vel aliter: menses pares habent lunationes impares, scilicet 29
575 dierum, et menses impares habent lunationes pares, scilicet 30 dierum, et sic secundum kalendarium ecclesiasticum, quia, licet omnes lunationes secundum naturam habeant dies 29 cum dimidia, cum non posset frangere litteram ferialem, ordinavit quod menses impares haberent lunationes pares, ut dictum est. Et sic lunatio 30 dierum
580 recompensat dimidiam diem alterius, et sic apparet quod pro quolibet mense impare sunt 30 iuncturae necessariae, sed pro mensibus

---

extensiones V   **557** ig. de paribus: mensis par N   **558** feb-ii: N; -ius V   **559** xi: ij N   **560** regulam: praedictam *add.* N   **564-6** alia inst. evenit --contra regulam: N; *om.* V   **565** habet scribi: h. scribere N; *def.* V   **567** est secunda (2ª V): evenit 4ª N   linea: littera et l. VN   **568** 2 et est: 22 est igitur hoc N   **569** iste: N; isti V   2 debet scribi: N; d. inscribi V   linea: littera V; l. vel littera N   eadem: N; eodem V   **570** fit: N; *om.* V   **575** menses: habent *add.* N   **577** cum di-a: et di-am diem N   **578** frangere: N; transiret V   **579** ut dictum est: scilicet xxx dierum et pares menses haberent impares scilicet 29 dierum N   **580** alterius: N; alteram V   **582** primam: in manu *add.* N

paribus 29 sufficiunt.   (58) Unde quando quaerimus lunam pri-
mam per istos versus 'Cisio ianus', debemus transire unam iunc-
turam in quolibet mense pari et illam minime computare; ubi autem
585 fiat saltus, apparet per istas sex syllabas 'bla si in steph o bar': per
'bla' intellegimus diem tertium Februarii, per 'si' sextum Aprilis, per
'in' quartum Iunii, per 'steph' secundum Augusti, per 'o' tertium
Octobris, per 'bar' quartum Decembris, quia in istis locis sunt
instantiae. In faciendo saltum corriguntur in manu, et hoc fit ut
590 magis possit kalendario uniformiter respondere.

(59) Aliae sex instantiae sunt in sex mensibus ultimis, scilicet circa
finem Iulii Augusti Sept Oct, circa finem No Decem: quilibet illorum
habet unam instantiam circa finem. Istae autem sex instantiae
proveniunt et causantur ex eo quod inter 11 et 19 non est spatium
595 neque locus vacuus, et inter 19 et 8 spatium ordinatur, quod est
contra utrumque membrum regulae praelibatae, scilicet 'maiori
numero etc.'. Ideo in manu debemus ponere pro istis sex mensibus
immediate post 11 19 et ponere spatium inter 19 et 8, quod sic fiet, si
ubi dicimus 'din', dicamus 'nod' dicendo 'ternus und nod din'.

600 **(60)** *De epactis et regularibus lunaribus.*

Per tres iuncturas pollex formabit epactas:
Iuncturis tribus his auri numerum situabis,
Deme unum, post adde novem, post undeviginti,
Et si triginta superant, triginta moveto.
605 Mensis lunares sic scire potes regulares:
Quinque Sep Oc dantur, No De septem, ter tria Ia Mar,
Ap Fe decem sumat, post unum cuilibet addam.
Aetatem lunae regulares dant et epactae
Principio mensis, sed si numerus superabit

---

583 ianus: N; manus V   **585-7** bla si--quartum iunii per: N; bla cen lo V (*sylla-
bis ex §35sqq. usus*)   **589** in faciendo: quae faciundum N   **590** magis: maius
N   **592** sept oct: N; sex ac V   **596** contra: N; *om.* V   regulae praelibatae:
N; reg(ula)re p-ato V   **597** manu: mane V; manus N   **598** inter: N; in
V   si ubi dic.: sic ubique dicebamus N   **599** dicamus nod: et ubi nod din
add. N   und: un et N   din: N; *om.* V   **600-11** (*§60*): per tres iuntturas etc.
N(*lemma*)

602 auri: anti V   situabis: si tu ab isto V   **606** sep: sex V   mar: mat V
607 cuilibet addam: quilibet adam V   **612** secundum: N; primum V   quo-

610   Horum triginta, triginta tollere cura.
            Mars concurrentes renovat, September epactas.

(61) Ad habendum secundum kalendarium ecclesiasticum, quota sit
luna in prima die mensis cuiusque, duo numeri sunt inventi, scilicet
epacta et regularis lunaris. Epacta est numerus variabilis datus anno,
615 et dicitur ab 'epi', quod est 'supra', et 'thesis', quod est 'positio',
quasi numerus suprapositus, scilicet supra regularem lunarem; quem
numerum, scilicet epactam, invenies in quolibet anno cycli decem-
novennalis in tribus iuncturis pollicis numerando, scilicet incipiendo
in summitate, in qua ordinabitur primus annus cycli decemnoven-
620 nalis, secundus in media, tertius in radice, iterum revertendo ad
summitatem, et sic per ordinem iuncturarum totus cyclus expleatur
et in summitate pollicis finiatur. Si vero annus, cuius epactam quaeris
per istam ordinationem, in summitate inveniatur, remove 1, si in
media, adde 9, si in radice, adde 19, et totum erit epacta; sed si
625 maior numerus proveniat ex tali ordinatione quam 30, tolle 30, et
residuum erit epacta. Et sic apparet quod in primo anno cycli decem-
novennalis epacta est nulla, in secundo 11, in tertio 22, in quarto 3,
et cetera.   **(62)** Vel aliter, in primo anno epacta est nulla, cui si
addideris undecim, habebis epactam secundi anni, scilicet undecim;
630 cui si addideris 11, habebis epactam tertii anni, scilicet 22, et sic
semper addendo 11 procedas. Si autem maior numerus proveniat
quam 30, proice 30, et residuum erit epacta. Nota etiam quod in
primo anno epacta est nulla, quare tunc sufficiunt mensium regu-
lares. Nota etiam quod quantum ad epactas et embolismos incipi-
635 mus in Septembri, quia Arabii, qui istos numeros invenerunt, annum
inceperunt in Septembri.

---

ta: N; quoto V   **614** lunaris: *om.* N   **617** numerum sc. epactam: N; n-us sc.
ep-us V   anno: anni V; anno per annos N   **618** numerando sc.: nume-
randos VN   **619** qua: N; quo V   **620** revertendo ad sum-tem: iiii in sum-te
N   **621** et sic p.o.i.: etc. p.o.i. donec N   **622** epactam: N; -ta V   **623** si
in--9: N; *om.* V   **624** erit: sit V; sic N   **625** ordinatione: dictione N
626 erit: sit VN   **629** undecim (xi N): -mum V   epactam secundi: N; -cta si
V   **630** epactam: N; -ta V   **631** procedas: *om.* N   **632** proice: remove
N   et: N; *om.* V   erit epacta: sit p(er)acta N   **633** quare: quia VN
634 quod: N; *om.* V   embol.: cyclum xix'alis(!) et annos eiusdem *add.* N
635 Arabii: Arabi V; Graeci N   **636** inceperunt: incipiunt N   **637-8** datus
mensi--sicut regula: *om.* N   **639** suum r-em: N; suos r-es V   **640** patet:

(63) Regularis lunaris est numerus invariabilis datus mensi, et dicitur regularis a regula, eo quod est invariabilis sicut regula. Quilibet autem mensis habet suum regularem; quotus vero sit regularis
640 lunaris cuiusque mensis, patet per hos versus 'quinque Sep Oc dantur etc.'. Vel aliter: iunge regularem lunarem Septembris cum diebus eiusdem et subtrahe lunationem Septembris a toto numero, et residuum erit regularis mensis sequentis, scilicet Octobris. Iuncta igitur regulari lunari mensis cum epacta anni, vel e converso, numerus
645 inde proveniens dabit quota sit luna in prima illius mensis, cuius regularem iunxeris cum epacta. Tamen si maior numerus proveniat quam 30, tolle 30, et residuum dabit illud, etc.

(64) *De annis embolismalibus.*

Embolismales annos sic noscere debes:
650 Tertius et sextus, octavus et undecimus post
Et quartus decimus, decaseptimus et decanonus.
Embolismalis lunatio semper erit par;
Illius est mensis cui dat lunatio finem.
Menses atque dies quibus incipiunt ita nosces:
655 MoBilis IBi CiFox ACer LiBer HaBeto CoEvos.

(65) Annus solaris, qui constat ex 12 mensibus, ut visum est, superat annum lunarem, constantem ex 12 lunationibus, in 11 diebus; et proveniunt et causantur 7 lunationes in 19 annis, et quaelibet lunatio ita collecta dicitur embolismus. Et dicitur embolismus ab
660 'en', quod est 'idem', et 'bolus', quod est 'morsus', †et lismos† quod est colligere, quasi lunatio collecta ex diversis morsibus. Sunt enim 7 lunationes tales, et distribuuntur 7 annis, qui dicuntur embolismales. Qui autem sunt illi, habetur per hos versus, 'Embolismales'.

apparet N   **642** diebus: N; versibus V   **643-4** sequentis--lunari mensis: *om.* N   **645** in prima: p. die N   **646** iunxeris: iux. V; iuns. N   **648-55** (*§64*): *om.* N   **649** noscere: cogn. V
   653 cui: cum V   **655** cifox: afox V   **656** solaris: solis VN   **657** ex 12: *om.* N   in: et V; *om.* N   **659-60** et dicitur--lismos: N; *om.* V   **659** embolismus: emolbollimus N; *def.* V   **660** idem et: idem quod N; *def.* V   et lismos *temptavi*; cilisinos N *ut vid.*   **661** morsibus: N; mensibus V   7: vii N; octo V   **662** distribuuntur: describuntur N   **663** habetur: habentur VN   embolismales: etc. mobilis abo cifox acer liber habeto cohe(n)nos ambo dehinc quintus

(66) *De clavibus festorum mobilium.*

665   Per clavis numerum cognosces mobile festum.
       Tunc auri numerum numerant summae digitorum:
       Vicenos quinos, tredecim, plus asse tricenos,
       Undeviginti, epta, digitis pro clavibus apta.
       Si quadraginta superant, triginta moveto:
670   Sit numerus clavis illud tibi quod remanebit;
       Pro sep et quadra bissexte diem superaddas.
       Incipientque dies clavem numerare sequentes:
       G Iani prima, post ultima, Gque ⟨secunda
       Martis, et Aprilis G tertia Gque⟩ suprema.
675   Post clavis numerum Domini lux dat tibi festum;
       Si cadat in lucem Domini, suppone sequentem.
       Terminus et festum numquam celebrantur ibidem.

(67) Ad habendum quinque festa mobilia quidam numerus est in-
ventus, qui dicitur clavis terminorum quia, sicut per clavim domus
680   ingredimur sive portas, ita per istum numerum in festorum mobi-
lium notitiam devenimus. Sunt autem festa mobilia quinque, scilicet
septuagesima, quadragesima, pascha, rogationes et pentecoste. Si vis
igitur scire quota sit clavis in aliquo anno, computa numerum
aureum totius cycli decemnovennalis in summitatibus quinque digi-
685   torum, incipiendo a summitate pollicis per ordinem donec invenias
numerum aureum istius anni, in quo quaeris clavem, in summitate
alicuius digiti. Si vero inveneris ipsum in summitate pollicis, adde 25,
et totum erit clavis; si in indice, tredecim; si in medio, 31; si in
medico, 19; si in parvo, 7. Tamen si maior numerus provenerit
690   quam 40, tolle 30, et residuum erit clavis.   **(68)** Inventa igitur clave
alicuius anni, computa tot dies, quota est clavis, pro quolibet festo
mobili, incipiendo pro septuagesima in prima G Ianuarii, pro qua-

octavus et xi post ternus dicimus(!) sextus decimus et decanonus *add.*N   **664-77**
(§66): per clavis numerum etc. N(*lemma*)   **665** per: et V   **666** numerant: -rat
V   **667** tricenos: picenis V   **669** superant: -rat V   **670** sit: si V
671 superaddas: s(un)t addas V   **679** clavis: N; aquis V   clavim: N; clavos
V   **680** ingredimur: N; -itur V   sive portas: *om.*N   **682** rogationes: N;
-num V   pentecoste (N; -tes V): nota quod dominica ante ascensionem domini
dicuntur rogationes *add.*N   **685** invenias: -amus VN   **686** in summitate: N;
*om.*V   **687** inveneris: non inv. VN   **688** totum: N; tantum V   **689** me-

dragesima in ultima G, pro pascha in secunda G Martii, pro rogatio-
nibus in tertia G Aprilis, pro pentecoste in ultima G Aprilis, quia per
695 ista quinque habemus sedes festorum mobilium. Computa ergo a
sede clavis tot dies, quota est clavis, et post terminum talis computa-
tionis sequenti dominica festum mobile celebretur. Verumtamen si
clavis terminetur in die dominica, non in illa die, sed in sequenti
festum mobile celebretur.

700 **(69)** *Sequuntur versus ad inveniendum festa mobilia.*

Postea mobiliá si vis cognoscere festa,
Sep quadra pascha ro pen 'pris sti ne ci que' dato sedem;
Sedem festorum radix tenet indicis horum.
Aureus hinc numerus iuncturis inveniatur,
705 Dat tibi post numerum domini lux mobile festum.
Doc Ianus, octo Febris, bis undin Mar, bis
Tres decem A, ⟨decem Mai. . .⟩

(70) Si vis invenire festa mobilia per regulas manuales, ordina litteras
feriales, quae sunt A B C D E F G, in quinque digitis, scilicet in
710 quattuor sinistrae manus et in parvo dextrae manus, quia licet suffi-
ciant 4 digiti pro festis fixis, tamen pro festis mobilibus sunt 5
necessarii. Ordinabuntur igitur ipsae litterae per illas scilicet regulas
'A B C extra etc.', et tunc quaere iuncturam significantem aureum
numerum illius anni, quo invento ordina istas quinque syllabas in
715 radice indicis, scilicet 'pris sti ne ci que'; quibus quinque syllabis sic
in radice indicis situatis, expandantur isti versus 'Ci octave' per
ordinem singulorum digitorum, incipiendo pro septuagesima ab ista
syllaba 'pris', dicendo 'Prisca Fab Ang Vin Cen etc.', donec invenias

dico: N; medio V   19: 29 N   **693** ultima g: ult. N   rogationibus: N;
-num V   **694** pentecoste: -sten V; pent( ) N   g aprilis: *om.* N   **695**
quinque: g *add.* N   sedes: quinque *add.* N   **696** comput.: N; deput. V
698 illa die: illo N   **700-7** (§69): postea mobilia etc. N(*lemma*)
    702 quadra, pen, ci: quad, pentecosten, a V   **705** domini: *om.* V   **706**
doc: docet V   **707** a: ma V *et add.* [[igitur ipsae litterae per illas]] *ex inferioribus*
709 quae sunt: vii scilicet *add.* N   g: N; g h V   **711** tamen pro--necessarii
(-rie N): N; *om.* V   **713** significantem: signantem V; -cationem N   **714** quo
invento: qua i-a N   **715-6** scilicet pris--indicis: *om.* N   **715** ne ci: me a V
716 ci octave: cisio ianus etc. N   **717** incipiendo: N; incipe et da V   **718**
pris: prius N   vin cen: vim can V; *om.* N   **719** dominicalem: N; -cam V

iuncturam dominicalem primam post numerum aureum existentem;
720 et quaecumque syllaba tetigerit ipsam iuncturam dominicalem pri-
mam post numerum aureum existentem, signat septuagesimam
celebrari in die cui dicitur ipsa syllaba deservire. Et sic de aliis est
dicendum, incipiendo pro quadragesima ab ista syllaba 'sti', pro
pascha ab illa 'ne', pro rogationibus ab illa 'ci', pro pente ab illa
725 'que'. Unde, si habemus numerum aureum 16 et litteram dominica-
lem D, tunc festa mobilia praecise celebrantur in diebus, quibus
deserviunt istae quinque syllabae supradictae, etc.

(71) ⟨*Hebdomadae a nativitate domini usque ad quinque festa mobilia.*⟩

    Hebdomadas a nat pro festis indicis A dat
730   Quattuor hinc, septem, tredecim, decem octo, viginti.
    Quaevis tacta dehinc iunctura diem superaddit;
    A dabit hebdomadam; tamen indicis A nisi tangam,
    Citra quaeque vacans iunctura diem movet unam.

(72) Computa in A indicis 4 hebdomadas a nativitate usque ad
735 septuagesimam, 7 usque ad quadragesimam, 13 usque ad pascha, 18
usque ad rogationes, 20 usque ad pentecosten. Si vero iunctura
dominicalis post numerum aureum propinquior esset ultra A indicis,
tunc pro qualibet iunctura existente ab A indicis usque in iuncturam
dominicalem primam post aureum numerum addetur una dies ipsis
740 hebdomadis in A indicis computatis, et pro qualibet A una hebdo-
mada, quia ab A usque ad A est hebdomada numeranda. Sed si
iunctura dominicalis propinquior post numerum aureum esset ante A
indicis, tunc pro qualibet iunctura vacante removetur una dies.

(73) *Hebdomadae a pentecoste usque ad festum sancti Iohannis baptistae.*

745   A pente festis sic distant festa Iohannis:
    Indicis hebdomadas G sex dat, et altera tollit:
    Ultra vel citra dic ut supra vice versa.

---

721 signat: significat N   septuag.: semper N   **723** quadrag.: septuag.
N   sti: bru N   **724** illa ne: ista syllaba ne N   rogationibus: N; -num
V   ci: a V; co N   pro pente a.i.q.: *om.*N   **725** 16: xij V; xv N   **726**
celebrantur: -arentur N   **727** deserv.: serv. N   **728-65** (§*71-6*): *om.*N
729 a dat: addat V   **730** decem: *om.*V   **731** quaevis: quae nisi V   **732**
a₂: *om.*V   **733** iunctura: -ram V   **734** 4: viginti *add.*V   **735** ad₁: *om.*V
736 rogationes: -num V   iunctura: littera V   **737** ultra a: ultima V

(74) A pente festis computa in G indicis 6 hebdomadas usque ad festum sancti Iohannis baptistae. Si vero iunctura dominicalis prima
750 post numerum aureum sit ultra G indicis, pro qualibet iunctura ultra existente usque in ipsam iuncturam dominicalem removeatur una dies, et pro qualibet G una hebdomada; sed si ipsa iunctura dominicalis sit ante G indicis, tunc pro qualibet iunctura vacante addatur una dies.

755 **(75)** *Hebdomadae a pentecoste usque ad adventum.*

> A pente distat adventus et undetriginta
> Hebdo dat indicis A, B tollit quaelibet unam.
> Andreae festo vicinior ordine quovis
> Adventum domini prima colit feria;
760 Si cadat in lucem domini, celebratur ibidem.

(76) Computa in A indicis 29 hebdomadas, et si iunctura dominicalis prima post numerum aureum sit ultra A indicis, tunc pro qualibet B ab A indicis usque ad ipsam iuncturam dominicalem existentem remove unam hebdomadam ab ipsis 29 hebdomadis in A indicis
765 computatis.

(77) *De inventione litterarum tabularium alphabeti.*

> Noscere si quaeris quae littera sit tabularis,
> Alphabeta duo debes cognoscere primo:
> B post-punct primum, sed A pre-punct esto secundum,
770 Vel primae nigrae fiant, rubeaeque secundae.
> Primum finit in U, reliquum se terminat in Q.
> Indicis incipiet ra primum, sexta secundum
> Incipiet medici; post aurum tangere lucem
> Quae domini poterit, haec littera sit tabularis.

775 **(78)** Videntes computistae quod festa mobilia poterant celebrari in 35 diebus, iuxta illud ordinaverunt 35 litteras tabulares, quibus tabulas

---

738 usque in: v(idelicet) V   **740** qualibet a: q. /n/ V   **744** pentecoste: -ten V   **746** hebdomadas: ebda( )g V   **750** post--indicis: s.u.g i.p.n.a. V
    752 si: sicut V   **757** dat indicis a: g d.i. ab a V   **758** andreae: -ea V
762 ultra: ultima V   **764** hebdomadis: -da V   **766-74** (§ 77): noscere si quaeris N(*lemma*)   **766** tabularium: -arum V   **767** noscere: N; poscere V
769 postpunct: -ctum V   **776** quibus tabulas: N; et cuilibet t-ae V   **778**

depinxerunt. Et ordinaverunt duo alphabeta: primum incipit per B
et finitur in U, cuius litterae sunt postpunctatae, secundum incipit per
A et finitur in Q, cuius litterae sunt praepunctatae. Si ergo vis scire
780 quae littera sit tabularis in aliquo anno, incipe primum alphabetum a
radice indicis et procede per ordinem iuncturarum litteras expan-
dendo. Et si non sufficiat primum, incipe secundum in sexta iunctura
medici et fac ut prius; et quaecumque littera poterit tangere iunc-
turam dominicalem primam post aureum numerum, dicatur littera
785 tabularis. Et sic poteris verificare tabulas et probare.

(79) *Hebdomadae a nativitate domini usque ad quadragesimam.*

B sex hebdomadas, F septenas dat, N octo,
Uque novem, G secunda decem, quibus O dedit unam.
Addidit hebdomadis B dies tres initiales,
790   Littera quaeque sequens praemissis addidit unam.
Anno bissexti vult una dies superaddi.

(80) Nota quod, quando B primi alphabeti est littera tabularis, tunc
sunt computandae sex hebdomadae et tres dies a nativitate domini
usque ad quadragesimam, et quando F 7, quando N 8, quando U 9,
795 quando G secundi alphabeti 10, quando Q 11 et dies 2; et anno
bissextili vult una dies superaddi.

(81) *Sequitur de cyclo indictionali.*

Si per quindenos domini diviseris annos,
His tres adiungens, indictio sit tibi praesens.
800   Dum redit October, indictio sit nova semper,
Quattuor atque tribus illi praelata diebus.

(82) Indictio sive cyclus indictionalis est spatium 15 annorum conti-
nens 3 lustra, id est 3 quinquennia. Nam cum Romani subiugassent
totum mundum, edictum fecerunt quod in quolibet quinquennio

---

finitur: terminatur N   postpunctatae: N; -ctae V   **778-9** secundum--prae-
punct.: *om.*N   .**779** praepunctatae: -ctae V   **781** expandendo: N; exponendo
V   **783** medici: N; media V   et fac ut: ubi N   littera: N; iunctura l. V
786-96 (*§79-80*): *om.*N   **787** b: *om.*V   **795** g secundi alph.: q si alfabe (!)
V   quando q: quandoque primi V   **797-801** (*§81*): si per quindenos
N(*lemma*)

805 venirent homines de diversis nationibus Romam tributa imperatoria
deferentes, et ordinaverunt tria tributa, scilicet aes, argentum et
aurum, unde versus:

> Roma tributa dari sibi per quinquennia iussit,
> Aes prius, argentum post hoc indixit et aurum.

810 Si igitur vis scire, quota sit indictio omni anno, divide annos domini
in numerum quindenarium, semper proiciendo 15, et illud quod
superfuerit erit indictio, adiunctis tribus simul annis ad annos
domini. Si vero praecise diviseris eos in 15, singulis computatis, tunc
erit quintus decimus annus indictio. Remanent autem computando
815 de 100 10 et de 1000 100; computa et invenies; et sic computatione
facta de mille cccc^{tis} lxxxii nihil remanet.

(83) *Quomodo annus dividitur in quattuor partes temporis.*

> Ver Petro detur, aestas exinde sequetur,
> Hanc dabit Urbanus, autumnum Symphorianus,
820   Festum Clementis hiemis caput est orientis.

(84) Nota quod annus dividitur in 4 partes, scilicet in verem, aesta-
tem, autumnum et hiemem; ubi vero incipiunt, in littera satis patet.
Ver est humidus et calidus, cui correspondet sanguis; aestas est calida
et sicca, cui cholera correspondet; autumnus est frigidus et siccus, cui
825 correspondet melancholia; hiems est frigida et humida, cui cor-
respondet phlegma.

(85) *De vigiliis sanctorum et de ieiuniis quattuor temporum quomodo inveni-
untur.*

> Nat mat penthe io pe iac lau sumptio barto
830   Simon et omne math an thomas triduum quadragena.
> Dant crux, lucia, cineres, carismata dia
> Quod fit in angaria quarta sequens feria.
> Nobis ecclesia ieiunia praecipit ista.

---

804 quolibet: N; q. anno V   806 aes: ferrum N   807 versus: *om.* N
809 aes--ind. et au. (i.e.a.: induxit a. V): et prius ferrum post argentum indixit
aurum N   810-6 si igitur--nihil remanet: *om.* N   817-37 (§*83-6*): *om.* N
818 ver: ter V   820 hiemis: hiems V   821 verem: V, *cf.* l. 823   831

(86) Inde dies aegros per versus noveris istos:

835   AuGurio DeCies AuDito LuMine ClanGor

⟨LinQuit OLens ABies CoLuit CoLus EsCula GaLus

Omnibus in reliquis, sed non hic H numeratur.⟩

(87) In anno sunt 24 dies, qui secundum antiquos dicti fuerunt dies
aegri, id est mali, abominati et infelices propter malas aliquas
840 constellationes, ut dicebant. Referebant namque quod in illis diebus
non erat bonum incipere aliquod opus vel negotiationem, et quod si
quis in aliquo ipsorum aegrotare inciperet, vix aut numquam respi-
raret, et hoc habebant in sorte. Sed hoc non est credendum, quia
sancta ecclesia prohibet carminibus et sortilegiis fidem dare. Dicuntur
845 etiam Aegyptiaci, quia in illis diebus missae sunt plagae super
Aegyptios, scilicet 24, quarum 10 fuerunt principales et 14 non ita
principales. Dicuntur etiam vetiti sive prohibiti quantum ad phlebo-
tomiam faciendam propter quandam haeresim evitandam; nam anti-
quitus Romani in illis diebus sibi faciebant minui, ut sanguinem
850 suum sacrificarent Plutoni, qui Pluto secundum fabulas dicitur deus
terrae inferni et divitiarum, et sic faciebant ut in divitiis abundarent;
unde in principio fidei nostrae inhibuerunt sancti patres phleboto-
miam propter huiusmodi haeresim evitandam, unde dicit beatus
Augustinus quod Kalendae et dies Aegyptiaci non sunt obser-
855 vandae.

Et sic est finis praesentis operis.

*Explicit computus metricus manualis secundum Gerlandum cum declaratione
magistri Petri de Dacia, copiatus per me magistrum Nicolaum de Ripis Venetum
1494.*

860   *(Additiones codicis V:)*

Ad habendam veram revolutionem et coniunctionem lunae secun-
dum Hebraeos plura sunt notanda. Primum siquidem est quod dies

carismata: -ma V   **838** secundum: N; s(un)t V   **839** abominati: omin. N
840 referebant n.q.: dicebant quia N   **841** et: N; *om.*V   **843** et hoc h.i.
sorte: *om.*N   **845** aegypt.: et bene *add.*N   **846** 24: plagae *add.*N   **848** fa-
ciendam: N; fiendam V   **850** fabulas: historias f-am N   **852** fidei n.: n.
legis N   s. patres: doctores N   **856-9** et sic--1494: *om.*N   **858** venetum:

naturalis habet horas aequales 24 et incipit in sero, scilicet in occasu
solis, quando stellae incipiunt apparere, iuxta illud quod legitur in
865 Genesi: 'Et erunt vespere et mane, dies unus'; durat enim ab occasu
solis usque ad occasum. Unde dies dominica incipit die sabbati in
sero, dies similiter lunae die dominica in sero, et sic de aliis est dicen-
dum. – Secundum est quod hora habet puncta 1080. – Tertium est
quod debemus scire diem, horam et punctum revolutionis seu
870 coniunctionis lunae mensis praecedentis ad hoc quod sciamus revolu-
tionem mensis proximi subsequentis. – Quartum est quod quaelibet
lunatio habet dies 29 et horas 12 et puncta 793. Unde versus:

Vicenas nonas luces, horas duodenas
Cum septingentis punctis nonaginta tribusque
875   † Continet quae⟨q⟩ue mensis lunationis
quaeque hora ex mille punctis et octoginta†.

– Quintum est quod, viso et habito quota feria mensis praecedentis
fiat coniunctio sive revolutio lunae, tunc pro coniunctione sive revo-
lutione mensis sequentis addatur feria feriae, horis vero quae super-
880 fuerunt de praecedenti lunatione addendae sunt horae 12, et punctis
addenda sunt puncta 793. Si vero ex additione horarum proveniant
plures horae quam 24, tunc iterum addatur una feria supra feriam
iam additam, horas quae superfuerunt retinendo. Similiter si ex addi-
tione punctorum proveniant plura puncta quam 1080, tunc iterum
885 addatur una hora, puncta quae superfuerunt retinendo. Nota quod
anno Christi †M°CCC† mense Ianuarii XI.die eiusdem fuit facta
revolutio lunae, scilicet feria sexta hora XVII post puncta illius horae
807; sequens vero revolutio facta fuit decima die Februarii feria prima
hora sexta post puncta illius horae 520; et sic de aliis, ut in praesenti
890 tabula continetur superius. – Finis.

Incipit abacus secundum multiplicationem numeri 1 2 3 4 5 6 7 8 9
10. Nota igitur quod quaelibet figura in primo loco posita repraesen-
tat se ipsam, in secundo decies tantum, 12, in tertio centies tantum,
123, in quarto loco milies tantum, 1234, in quinto loco decem milia
895 tantum, 12345, in sexto loco centum milies tantum, 123456, in

Berardelli; Venetiis *Schück, fort. recte*; *evanescit* V   **867** dominica: -co V   **873**
nonas: notas V   **878** pro c-one s. r-one: per c-onem s. r-onem V   **883** ex:
om. V   **889** puncta: -te V   **890** *abest tabula*

septimo loco mille milies tantum, 1234567, in octavo loco decem mille milia tantum, 12345678, in nono loco centum mille milia tantum, 123456789, in decimo loco ⟨mille⟩ mille milia, 12345678910. Explicit numerus abaci.

Demonstrationes magistri Petri (?)Dace super quadrantem

Frater Petrus Inguari
studens Roskildensis

DEMONSTRATIONES MAGISTRI PETRI (?)DACE SUPER QUADRANTEM.

Hessische Landes- und Hochschulbibliothek 780. 21½×15½, ff.311, written about 1465 in Sulzbach in the Oberpfalz (Bischoff, below), containing miscellaneous astronomical texts. The manuscript was first described in detail by B.Bischoff ("Neuaufgefundene Auszüge aus einem verschollenen Katalog der Amploniana", München 1934, reprinted with one correction in Mittelalterliche Studien I,1966,133-40).

The present text (T&K 35) is at ff.245v-246v, preceded by some short texts on measuring ("De declinatione solis per quadrantem", "Ad mensurandum cum virga, cum speculo"), and followed by one "de virga visoria" partly in German (titles from Bischoff). Of these I have only seen the text last mentioned, and cannot determine whether our text was intended to illustrate the others.

As it appears, only banal use is made of the Quadrant, such as may fit the Old Quadrant as well as any other type; thus, in the few references to be cited, I have kept to Tannery's edition of that work (1922). O.Pedersen (1976,47) notes the textual dissimilarity to the treatise(s) on the New Quadrant (cf. *Intr.* §11a; the passages in question largely coincide with those on the Old Quadrant) and disbelieves in the ascription to Peter of Dacia. With the present state of evidence the matter should be left at that.

Some instances of "(et)" miswritten for "2" and "est" for "3" have been emended tacitly.

(Hdg.:) Demonstrationes magistri Petri Dace super quadrantem.

(Txt:) Ad demonstrandum rerum altitudines, procedendo in omni consideratione, qua per instrumentum quis altitudinem rei mensurandae prospicit, ex re erecta mensuranda et ex radio visuali et ex plano unus magnus triangulus constituitur. Radius autem visualis in continuum duci imaginatur usque dum angulum faciat in contac-

tum sui cum plano. Item et in hoc triangulo est quidam triangulus partialis, qui componitur ex altitudine oculi considerantis et ex duabus partibus, scilicet plani et radii visualis, quarum una est ab oculo ad punctum contactus, sicut hic patet:

Sit enim linea AB res mensuranda, linea DE elevatio oculi considerantis, linea AC[1] radius visualis in continuum ductus ad contactum sui cum plano, et linea ⟨BC⟩ sit planum a pede rei mensurandae ad contactum sui cum radio visuali. – Est ergo unus magnus triangulus ABC, et alius partialis EDC, quorum latera proportionalia esse sic demonstrabo[2]: Lineae AB et DE sunt aeque distantes, super quas cadunt 2 lineae rectae, superius AC et inferius BC. Per 29. igitur primi Euclidis angulus CED[3] est aequalis angulo CBA, et angulus C est communis in utroque triangulo. 3 igitur anguli unius sunt aequales 3 alterius. Sed quia[4] anguli unius trianguli omnes sunt aequales angulis trianguli alterius, per 6. sexti latera unius sunt[5] proportionalia lateribus alterius. Quae ergo est proportio EC ad DE trianguli DEC, eadem erit proportio BC ad AB trianguli ABC. Tunc utaris hoc principio: Cum 4 magnitudines sive numeri sic se habent, sicut se habet primum ad secundum, sic tertium ad quartum, si secundum[6] multiplicaveris per tertium et productum [dividis] diviseris[7] per primum, [et] exibit quartum, ut patet in his numeris 2 6 3 9 vel 3 6 4 8. Et nota diligenter quod, cum dico sic, comparando magnitudines adinvicem, "sicut se habet hoc ad hoc", tunc[8] semper quod primo enuntio erit ⟨primum⟩, quod secundo secundum etc. Cum ergo latera EC ad ED sic ⟨se habent sicut⟩ BC ad BA, tunc EC[9] erit primum, ED secundum, BC tertium, BA quartum, quod est ignotum. Duc ergo secundum in tertium, et divide productum per primum, et exibit quartum[10], quod est quaesitum. Sed tu quaeres, quid istorum ponam primum, quid quartum? dico quod illud debet poni quar-

tum, quod inter ista est ignotum et quod hic quaero, et ideo proportionale erit tertium, et pars tertii ⟨erit primum** et pars quarti⟩ erit secundum, scilicet ED. – Ex his patet quod, si sciretur ubi radius visualis transiens per summitatem rei retroductus in planum attingeret, per iam dicta esset facile invenire altitudinem rei; et ideo, quia istud non est facile invenire, ideo varietas huius quodam alio modo invenitur. Quia ⟨sicut⟩, si in hora considerationis perpendiculum quadrantis ⟨cadit super lineam mediam quadrantis⟩, quanta[11] est distantia oculi a terra, tanta est distantia pedis a puncto contactus radii visualis retroducti cum plano, sic apparebit in demonstrationibus mensurationum ⟨quod proportio⟩ umbrae rectae ad 12 erit proportio distantiae pedis a puncto contactus ad elevationem oculi. Et ideo sicut prius ad habendum altitudinem rei per ED multiplicamus BC et productum dividimus[12] ⟨per EC⟩, sic[ut] iam per 12 puncta multiplica BC et productum divide per puncta accepta. Quia ED semper eadem, quia divisibilis in 12, ideo sibi correspondet totum latus, scilicet 12 puncta; sed quia, secundum quod considerans magis[ter] accedit ad rem et a re recedit[13], plura et pauciora puncta abscindit perpendiculum, [CEB] puncta hic ⟨accepta⟩ correspondent distantiae pedis ad contactum plani cum radio visuali, quia et haec distantia maioratur et minoratur secundum accessum et recessum considerantis ad rem vel a re. Haec igitur figura et haec demonstratio est quasi via ad demonstrandum.

Aliter[13a] haec enim figura, licet sit propria ad demonstrandum rei altitudinem, cum rei altitudine⟨m⟩ accipimus per radium visualem, faciliter trahi potest ad demonstrandum idem, cum loco radii visualis utimur radio solis. Cum enim sol est in horizonte, umbra rei est maxima, sed[14] cum est in zenith, est minima necessario; cum est in medio inter horizontem et zenith, est media et rei aequalis; et tunc cadit perpendiculum super lineam mediam quadrantis [in utraque latera quadrantis] inter utraque latera umbrarum in quadrante. Et res cum umbra est aequalis, quando perpendiculum cadit in medio; ideo cum in alteram partem declinat, semper quae est proportio punctorum umbrae ad 12, eadem est proportio umbrae ad rem, et loquor de punctis umbrae rectae; ita quod illa puncta umbrae rectae erunt primum, 12 secundum, umbra[m] tertium, et res erecta quartum. Duc igitur secundum in tertium, et productum divide per primum, et exibit quartum. Vel etiam non cures de conversione umbrae versae in

rectam[15], sed cum perpendiculum cadit super aliquot puncta in latere dextro, fac sicut modo dixi et auctor[16] dicit; sed cum cadit super aliquot puncta in latere sinistro, tunc e converso 12 puncta erunt primum, et puncta super quae cadit perpendiculum secundum, et semper umbra tertium; duc ergo secundum, et cetera. Et invenies, si cadit super dextrum latus, quod semper umbra minor est re de tanto, quanto puncta, super quae cadit perpendiculum, sunt pauciora quam 12; et si cadit super sinistrum, de tanto erit umbra longior re, de quanto 12 excedunt puncta, super quae cadit perpendiculum.

Figura supradicta adaptatur[17] congrue ad inventionem[18] altitudinis rei per umbram et baculum: sit enim res erecta sicut prius AB, et umbra comprehensa infra triangulum ABC, ita quod conus umbrae sit C, iuxta quem erectus est baculus[19] DE. Et tunc argue sicut prius: sicut se habet EC ad ED, sic BC ad AB, quia latera hic proportionalia sunt, ut visum est prius; quod autem prius est radius visualis ABC, iam est radius solis, quae est limbus umbrae. Per hanc etiam figuram demonstratur intentum, cum per baculum et oculum iuxta terram positum summitatem[20] rei intuetur aliquis.

Ad demonstrandum rei altitudinem, cum sita fuerit in valle, sit figura sequens:

et sit vallis GBF, et res erecta mensuranda AB, et planum in quo stat considerans sit FC; radius visualis transiens per ambo foramina, perpendiculo cadente super latus "AB"[21] quadrantis, sit linea DE; et punctus signatus[22] in re mensuranda sit D; radius autem visualis, perpendiculo cadente super lineam mediam, sit linea AE[23]; illa eadem ducta in retro ad contactum cum plano sit AC. Ad demonstrandum igitur intentum, a puncto F trahatur linea ⟨per⟩ proposi-

tionem primam primi; ducatur autem aeque[24] distanter lineae ED per 12. primi; et sit linea FG, pars lineae CG. Figura igitur sic disposita[25], demonstrabo[26] altitudinem AB sic: Hic est unus triangulus AGC, et ⟨alius⟩ ADE, quorum duo latera unius probabo esse proportionalia duobus lateribus alterius, sic: duae sunt lineae aeque distantes, quae sunt CG[27] et ED[28], super quas cadit linea AC[29]: per 29. primi, anguli AED [et CE] et ACG sunt aequales. Item super easdem cadit AG[30]: igitur per eandem 29., anguli ADE et AGC[31] sunt aequales. Item angulus A est communis in utroque triangulo. 3 igitur anguli unius trianguli sunt aequales tribus angulis alterius. Ergo per 6. sexti, latera erunt proportionalia; quae ergo est proportio [DE ad] GC ad GA, eadem est proportio DE ad DA; igitur C ⟨G⟩ est aequalis GA per ea quae ostensa sunt in demonstratione prima, quia comprehenduntur infra radium visualem, perpendiculo cadente super lineam mediam quadrantis. DE[32] ergo et DA erunt aequales. Cum ergo DE est distantia inter considerantem et rem, DA eodem modo est distantia inter summitatem rei a puncto notato: quantum ergo est inter considerantem et rem, tanta altitudo rei a puncto notato in sursum; cui si addideris distantiam quae est inter B et D, [et] exibit altitudo totius AB. Sed tu dicis, quantitas BD est mihi ignota: dico quod ⟨si⟩ sit tantae elevationis, quod punctum D non possit manu vel baculo tangi, et sic altitudo eius non potest mensurari hoc modo, tunc in valle existens cum re erecta accipias altitudinem illius puncti per quadrantem, ut prius dictum est, et sic semper erit altitudo puncti nota.

---

[1]AD   [2]-abo: -atio   [3]CDE   [4]est   [5]sint   [6]s.s.: s(ed) si   [7]-soris
[8]t()   [9]BC   [10]secundum   [11]4^a [12]-damus   [13]cf. §49   [13a]alia
[14]12   [15]versam   [16]acc(i)o; cf. §51   [17]adapt()a   [18]acc(i)o(ne)m   [19]-1o
[20]su(mm)i(ta)s   [21]cf. §50   [22]p.s.: puncta sig(na)t   [23]AC   [24]ea(dem)
[25]deposita   [26]-ac(i)o   [27]AG   [28]EF   [29]AGC   [30]CG   [31]ACG
[32]DC

"FRATER PETRUS INGUARI STUDENS ROSKILDENSIS".

København, Gl.kgl.S., 1810,4°. Vellum and paper, 22×14½, ff.76. Earlier possessed by a court physician of Frederik I (1523-33). The manuscript is mainly written in two hands from the 14th c., and the bulk of it is occupied by Sacrobosco's Sphere, Compotus, and Algorism. One may also note a list of eclipses for 1313-1330 (f.5r), and an anonymous text of ?William of St.Cloud's Directorium (f.7r: *Calendar*, App.5(h3)).

On ff.1r,7v,68v,69r-v, and 74r-v, there are notes, apparently in one hand, from the 15th c. Since 74r has a dating and 74v bears the subscription in question, I print them in full while giving extracts of the rest. "App." refers to the Appendices in the edition of the *Calendar*.

Jørgensen 1923,421-2 (full descr.). Notes by J.W.S.Johnsson, see *Introduction* §10d. Sarton II, 1931, p.997. OP p.48.

1r (Top:) Haec est tabula planetarum. Planetae dierum: Sol luna Mar quoque Mer Iupiter Venus atque Saturnus. Planetae horarum: Sol Ve Mer luna Saturnus Iupiter et Mars. (Rota for planetary domination in hours, with sectors/zones corresponding to rows/columns in a Planet table, 7 rows, 24^h.) (Bottom:) Qualitates planetarum. Jupiter atque Venus. . .mediocres (:App.6(c)).

7v (Top:) Nota, signa zodiaci sunt 12, et hae sunt figurae. Tabula signorum. Est aries taurus. . .caper amphora pisces. (Rota(12), with names of zodiacal signs, and figures of their constellations; compass directions are added, "oriens" corresponding to Aries.) (Bottom:) Cornu arietis habet stellas sic positas (:figure, then three more such notes).

68v (Top:) Ista tabula vocatur testimonium planetarum, quia invenitur hic mutatio aëris et virtutes atque dispositiones planetarum.

(Rota(12 sectors, 7 zones), contents as in the "tabula dignitatum 7 planetarum" in ms.Ba(App.6(d10)),149v. No canon. Johnsson observed a similar rota in ms. K of the *Calendar,* at 140r. This, however, occurs in an astrological miscellany of the late 14th century, unconnected with Peter of Dacia).

69r-v (App.6(d6):) Aries. Nil capiti facias. . .sit potio sumpta sal-⟨ubris⟩. Expliciunt qualitates signorum ⟨. . .*(stain)*⟩.

74r (Hdg.:) Tabula continuationis coniunctionis. (Txt:) Sciendum vero quod practica istius tabulae sine subtractione horarum durat per 19 annos, capiendo initium annorum anno domini 1394 currente. Post lapsum vero illorum annorum, quod erit anno domini 1413 currente, istud praecedens non est ⟨*?⟩ concordantia tabulae subsequentis. Ad propositum vero istius tabulae, si horas veras et horarum minuta scire volueris, tunc scias annos a nativitate Christi, quos quaere in subscripta tabula, quae intitulatur Tabula continuationis coniunctionis:

(Rota, with sectors like the columns following, all numbers repeated:)

Anni	1394	1413	1432	1451	1470
Horae	0	7	14	22	5
Minuta	0	24	5	22	28

(Txt:) Horas autem et minuta, quae sunt ex directo annorum domini, subtrahe ab horis et minutis in hac tabula positis. Si autem annos praedictos non inveneris, tunc recipe annos domini praecedentes in praefata tabula scriptos, ⟨et⟩ horas et minuta, quae sunt ex directo illorum annorum, [et] subtrahe. Si autem contigerit quod minuta a minutis subtrahere non poteris, tunc ab horis recipe unam horam et illam resolve in 60 minuta, et subtrahe; similiter si horas ab horis subtrahere non potes, recipe diem coniunctionis et resolve eum in 24 horas, et subtrahe. Et habebis horas cum suis minutis certissime. Verbi gratia, anno domini 1394 (1494 *ms.*) currente nihil subtrahetur ab horis et minutis, donec elabuntur 1413 anni incompleti; tunc 7 horae et 24 minuta ab horis et minutis hic inventis subtrahentur, et illa subtraxio durabit usque ad annos domini 1432 incompletos. Et sic haec tabula parvula durabit, a principio usque ad finem, fere ad C annos. Explicit.

(A closely parallel text is the canon to the *tabula continuationis coniunctionis* appended to the Austrian calendar App.5(j9), ms. Bf,7r+; the text and table are at 14v-15r, beginning in 1425 and with the values $0^h;0$ 7;28 14;56 22;24 5;52. There is no calendar in the present manuscript.)

p.18 **74v** (Top:) Haec tabula vocatur tabula minutionis.
                    Nota signa 12:
            Est aries taurus gemini cancer leo virgo
            Libraque scorpius architenens caper amphora pisces.
                    Nota situationes eorundem:
            Dum minues leo bis numeres aries capricornus
            Unda liber taurus geminos virgique sagitta,
            Cetera ter ponas per quae tibi norma patebit.

(Bottom:)   Nota qualitates signorum:
            Est aries minuendo bonus liber unda sagitta,
            Can sco ge pis media, cetera vero mala.
                    Nota litteras signorum in capitibus mensium positorum:
            Ian petit A, sed Martius F, Iul et S numerando,
            M May, Q Iunius, I 4^{us}, Gque Decumber(!),
            9 primum Sep habet, Oct A tenet, E-que secundus,
            Aug rapit Y, No sed E, per litt⟨. . . . .*(stain)*⟩.

(Right margin:)
            1^{us}: Iota per ξ, duo P, sed E 3^{us}, Y quoque quartque,
            2^{us}: B sext, M quinque, T septimus, I nuper octque,
            3^{us}: 9 primumque novem, Q quinque bis, F nuper vdin,
            4^{us}: Zeta dud, N quoque tred, C quat, U quin, K simul et sed,
            5^{us}: R doc, G quoque nod, 9 dico depque secundum.

(Centre, a rota (19 and 12) with sectors like the rows of the following tables; clockwise, left columns outermost:)

ternus	3	aries	E	Ian.	A
vdin	11	aries	F	Feb.	E
nod	19	ari	G	Mar.	F
octo	8	es	I	Apr.	I
sed	16	ari	K	Mai.	M
quinque	5	es	M	Iun.	Q
tred	13	ari	N	Iul.	S
ambo	2	es	P	Aug.	Y
decem	10	ari	Q	Sep.	9 1^m
doc	18	es	R	Oct.	A
septem	7	aries	T	Nov.	E
quin	15	aries	U	Dec.	G
quater	4	aries	Y		
dud	12	aries	Z		
iota	1	ari	ξ		
novem	9	ari	9 1^m		
dep	17	es	9 2^m		
vi	6	ari	B		
quat	14	es	C		

(Left margin:) Nota, pro uberiori declaratione tabulae illius artificialiter habenda: si scire volueris in quo die et quo signo luna fuerit, primo in radice indicis ponentur isti versus scilicet "Cisio Ianus", et computentur singulae iuncturae inclusive usque ad diem quaesitum. Quo habito, in radice eiusdem indicis recomputentur eaedem iuncturae cum isdem metris, et hoc cum aliquibus litteris in principio cuiuslibet mensis situatis, quae patent per haec metra "Ian petit A sed Martius F"; et computabitur ut prius ad diem pro quo quaesitum erat; et haec littera reperta, diei tali apta, memoriae commendetur. Deinde sumetur littera in supremo sita directe in linea arietis, aureoque numero non inepta, per haec metra "Iota per ξ etc.", et computetur ut prius per haec metra "Est aries taurus", ita tamen quod quaelibet iunctura sumet quodlibet signorum bis vel ter per haec metra "Dum minues leo bis numeres". Et sic per talem practicam pervenitur ad verissimae rei experientiam exsequendam. Haec frater Petrus Inguari studens Roskildensis. – Nota quod ista littera "9" duplicabitur computando.